



Over dit boek

Dit is een digitale kopie van een boek dat al generaties lang op bibliotheekplanken heeft gestaan, maar nu zorgvuldig is gescand door Google. Dat doen we omdat we alle boeken ter wereld online beschikbaar willen maken.

Dit boek is zo oud dat het auteursrecht erop is verlopen, zodat het boek nu deel uitmaakt van het publieke domein. Een boek dat tot het publieke domein behoort, is een boek dat nooit onder het auteursrecht is gevallen, of waarvan de wettelijke auteursrechttermijn is verlopen. Het kan per land verschillen of een boek tot het publieke domein behoort. Boeken in het publieke domein zijn een stem uit het verleden. Ze vormen een bron van geschiedenis, cultuur en kennis die anders moeilijk te verkrijgen zou zijn.

Aantekeningen, opmerkingen en andere kanttekeningen die in het origineel stonden, worden weergegeven in dit bestand, als herinnering aan de lange reis die het boek heeft gemaakt van uitgever naar bibliotheek, en uiteindelijk naar u.

Richtlijnen voor gebruik


Google werkt samen met bibliotheken om materiaal uit het publieke domein te digitaliseren, zodat het voor iedereen beschikbaar wordt. Boeken uit het publieke domein behoren toe aan het publiek; wij bewaren ze alleen. Dit is echter een kostbaar proces. Om deze dienst te kunnen blijven leveren, hebben we maatregelen genomen om misbruik door commerciële partijen te voorkomen, zoals het plaatsen van technische beperkingen op automatisch zoeken.

Verder vragen we u het volgende:

- + *Gebruik de bestanden alleen voor niet-commerciële doeleinden* We hebben Zoeken naar boeken met Google ontworpen voor gebruik door individuen. We vragen u deze bestanden alleen te gebruiken voor persoonlijke en niet-commerciële doeleinden.
- + *Voer geen geautomatiseerde zoekopdrachten uit* Stuur geen geautomatiseerde zoekopdrachten naar het systeem van Google. Als u onderzoek doet naar computervertalingen, optische tekenherkenning of andere wetenschapsgebieden waarbij u toegang nodig heeft tot grote hoeveelheden tekst, kunt u contact met ons opnemen. We raden u aan hiervoor materiaal uit het publieke domein te gebruiken, en kunnen u misschien hiermee van dienst zijn.
- + *Laat de eigendomsverklaring staan* Het “watermerk” van Google dat u onder aan elk bestand ziet, dient om mensen informatie over het project te geven, en ze te helpen extra materiaal te vinden met Zoeken naar boeken met Google. Verwijder dit watermerk niet.
- + *Houd u aan de wet* Wat u ook doet, houd er rekening mee dat u er zelf verantwoordelijk voor bent dat alles wat u doet legaal is. U kunt er niet van uitgaan dat wanneer een werk beschikbaar lijkt te zijn voor het publieke domein in de Verenigde Staten, het ook publiek domein is voor gebruikers in andere landen. Of er nog auteursrecht op een boek rust, verschilt per land. We kunnen u niet vertellen wat u in uw geval met een bepaald boek mag doen. Neem niet zomaar aan dat u een boek overal ter wereld op allerlei manieren kunt gebruiken, wanneer het eenmaal in Zoeken naar boeken met Google staat. De wettelijke aansprakelijkheid voor auteursrechten is behoorlijk streng.

Informatie over Zoeken naar boeken met Google

Het doel van Google is om alle informatie wereldwijd toegankelijk en bruikbaar te maken. Zoeken naar boeken met Google helpt lezers boeken uit allerlei landen te ontdekken, en helpt auteurs en uitgevers om een nieuw leespubliek te bereiken. U kunt de volledige tekst van dit boek doorzoeken op het web via <http://books.google.com>



KW 650

G 19



1
Jum 145.

GUL. OTHONIS REIZII
BELGA
GRAECISSANS.

*Quod si labori BELGICA fueris meo,
Plures habebit, quos opponat GALLIAE:
Si Livor obtrectare curam voluerit,
Non tamen eripiet laudis conscientiam.*



*Nicolaus Florentinus
Viro Doctissimo
Plurimum Venerandi
EIS FIDELIS TEX
pior donat.*

ROTTERODAMI,
Apud JOH. HOFHOUT.
MDCCLXX

ADIE
KONINKLIJK



B E L G A G R A E C I S S A N S.

LIBRI PRIMI CAP. I.

*Continet Virorum Doctorum, de Convenientia
harum Linguarum, Testimonia, per
litteras digesta.*

I.

M *Atth.* BERNEGGERUS in nota
Thomae Crenii ad Dissertat. Thomae
HAYNE de Linguarum Cognatione,
quam CRENIUS *Analectis Philolo-*
gico-Critico-Historicis inseruit, & pag. 65. seqq.
sic illustravit:

„ *Unde sit ortum Germanicae linguae cum Graeca*
„ *commercium? quaerit Qu aest. XI. in Taciti*
„ *German. Optimus Berneggerus noster, & re-*
„ *spondet sequentibus verbis: Vir de litteris,*
„ *praecipue Graecis, optime meritus, Henr. Ste-*
„ *phanus, Gallice tractatum in lucem emisit,*
„ *de linguae Graecae cum Gallica conformitate.*
„ *Si quis id operae laborisque sumere vellet,*
„ *posset utique multo grandius de Germanicae*
„ *Graecaeque linguae cognatione volumen con-*
A ficere.

„ ficere. Non enim phrasin solum utriusque
 „ convenire, verum etiam vocabula Graeca esse
 „ plurima, quae in Germanicae Graecaeque lin-
 „ guae quasi coloniam traducta, nostra sunt fa-
 „ cta, ignorare nemo potest, nisi qui linguam
 „ utramque simul ignorat. Ii certe, qui linguas
 „ docendi rationem exactiorem profitentur, hac
 „ ipsa causa moti, Graecos autores non Latine,
 „ quod fit vulgo, sed Germanice pueris inter-
 „ pretandos existimant. Ne res exemplis, ego
 „ fide careamus, videsis e solo *Thucydide* phrasēs
 „ quasdam Graeco-Germanicas: ἀμ' ἡμερᾶ, mit
 „ dem Tag, h. e. mane; ἀντ' ἀνδρῶ λυθείς,
 „ mann gegen mann ausgelöst; πεμπῖ αὐτῶ,
 „ selb faenft, (quomodo Galli, lui cinqu'esme)
 „ βραχυς γνώμη, ein Kurtzer, hoc est, weni-
 „ ger verstand; ἦν τῆς βουλῆς, er war des Raths;
 „ οἱ ἐκ τῆς πόλεως, die aus der Statt (Gall. ceux
 „ de la ville); ἐς τρεῖς ἡμέρας, in die dre:ssig, id
 „ est, circiter; δεινὰ ἐποίησαν, sie haben greulich
 „ gethan; ἐν τούτῳ, in diesem, hoc est, interea;
 „ ἀνεληφεί ἐαυτὸν τῆς νόσος, hat sich von der
 „ krankheit erhohlt; κατὰ θεῶν ἦεν, ist auf die
 „ schau gangen? ἐπὶ τῷ ὀνόματι, ὡς ἐκ' Ἀθηνᾶς
 „ ἦεν (lege ηῖεν) unter dem Namen, als ging er
 „ gen Athen. Et quid multis opus? paucas e
 „ Syntaxi Graeca regulas a Latinis diversas in-
 „ venire est, quae Germanicae linguae non pos-
 „ sint exemplis illustrari. ”

His

His subjungit non paucas voces Graeco-Germanicas, quas nostro Etymologico insertas habebit Lector.

I I.

Lamb. BOS in *Ellipsi Nominum* pag. 149. ad vexatissimum locum *Aeliani* V. H. VIII: 12. Ου γαρ αληθες; "Sensus igitur Aeliani est: *Res mira est, nonne profecto?* Plane ut nostrates: *Het is een wondere zaak, is 't waarlyk niet?* Vel ut vulgo dicimus: *Niet waar?* Illud ipsum Graecorum, ου γαρ αληθες;

I I I.

Marc. Zuer. BOXHORNIIUS in *Graeci, Romani, Germanique Sermonis Συμφωνια*, p. 86. post voces: ὑπερ, uver, ὑπερτες, Upperster, ὑπερτατ, Upperste.

„Certe comparandi gradus Graecos cum Germanicis eisdem hic esse, sicut & declinationes conjugationesque alibi, nemo non agnoscat."

Pag. seq. post: Φιαλίσκη, Flesken.

„Ex quo, ut & plurimis aliis, diminutiva eodem apud Germanos, quo Graecos, modo formari liquet."

I I I I.

Jan. BRUKHUSIUS ad *Propert. Libr. III. Eleg. VII. v. 17.*

A 2

„Hanc

„ Hunc bellissimum Atticismum jure civitatis
 „ Batavicae donavit nobilissimus scriptor, & sae-
 „ culorum memoria dignissimus, Petrus Corne-
 „ lius Hoofdius, eo creberrime usus. Sic Pro-
 „ pemptico Laurentii Realii:

*Daar was 'er wel zoo week, dat d'oogen tranen droegen,
 Tot tuigen hoe in 't hart de zilen liiflyk loegen,
 Mits zy beleefden, dat hun Aamsel was geraakt
 Aan eigen burger, di had Koningen gemaakt.*

In vita Henrici magni: *Daar is 'er van gevoe-
 len, dat het alle deze list te doen was, om vrede
 ende oorloch in der hant te hebben, met het han-
 delen van zyn hart. Daar was 'er di
 geloofden, dat hy zich zelven uit wanhoop ver-
 dronken had. Epist. 39. Der is 'er nittemin, di
 hoxing en melk voor de twee liiflykste lekkernyen
 des lants van beloften houden, en als ze gemengt
 zyn, zouden 'er geenent mont aan steken. Atque
 ita saepe alibi, praesertim in opere aeterno Hi-
 storiarum Belgicarum: tamen brevi ad has deli-
 cias obbruit infelix palatum hominum quorum-
 dam inepte doctorum, quibus sordet & putet
 quidquid est Venerum transmarinarum.*

V.

Joan. CLERICUS in *Dissertat. Etymol.*
ad Matth. Martinii Lexicon Philolog.

„ Ea-

„ Eadem de causa, ut hoc obiter dicam, ne-
 „ mo est qui dubitare possit, si modo rem serio
 „ expendat, an Saxones, quorum lingua per su-
 „ periores, inferioresque Germaniam & Bri-
 „ tanniam latissime sparsa est, affinem antiquissi-
 „ mis temporibus linguam Graecae habuerint;
 „ quod demonstravit *Mericus Casaubonus*, in
 „ erudito de Saxonica lingua Commentario, qui
 „ multo pluribus exemplis possit illustrari. An
 „ ergo Germani fuerunt Graecorum *αποικιοι*, ita
 „ ut per Illyricum in Germaniam ex Graecia se-
 „ contulerint? An fratres, consanguineique po-
 „ puli ex Oriente una venientes, recta alii in
 „ ultimum Occidentem, alii in medias, & ad
 „ Meridiem magis spectantes Graeciae oras ive-
 „ runt? Posterius mihi quidem verius videtur,
 „ quod tamen probare non aggrediar. Satis hic
 „ habemus nobis constare, si demantur Saxoni-
 „ cae linguae, ejusque filii, quod habent
 „ commune cum Graeca, eas ad paupertatem
 „ redactum iri; imo Saxonice omnibus loquen-
 „ tibus interdictum iri *aqua & igni*, certe in
 „ sermone quotidiano, ut & *cerevisia ac pane*.
 „ Quis enim inficias iverit, quin *fier* (repono
 „ *viir* vel *vuur*) sit idem ac *πυρ*, *water* idem
 „ ac *ὕδωρ*, *bier* idem ac *πιερον* *potabile*, (quod
 „ fit a *πινω*; ut *διερον* a *δαινω*, *γλυκερον* a *γλυ-*
 „ *καινω* & alia, secundum eandem analogiam,
 „ derivata) *broot* idem ac *βρωτων*, quod *comedi-*
 „ *potest*.

VI.

Jo. Georg. ECCARDUS in *Historia Studiæ Etymologici lingue Germanicæ hætenus impensæ*, Cap. II. toto, de iis, qui linguam Germanicam cum aliis linguis compararunt. Is ait inter alia pag. 22. "Et agnosci tum coepit arcta illa conne-
 ,, xio Graeci & Germanici idiomatis, quæ nos pau-
 ,, latim ad migrationes Titanum sive Teutonum
 ,, in Graeciam antiquissimas deduxit. Ipse Dalbur-
 ,, gius, Trithemio, Aventino & Simlero testibus,
 ,, aliquot millia dictionum Graecarum, quæ in utra-
 ,, que lingua idem significant, collegit &c." Tum
 ad pag. usque 32. scriptores citat, qui eandem
 operam seu bene seu male præstiterunt. Pag. 32.
 & 33. hæc habet:

,, Integros interim dicendi modos Graecorum
 ,, cum Germanicis ex asse convenientes sedulo
 ,, notavit *Dan. Vechnerus* Aurimontanus Silesius
 ,, in erudita *Hellenolexia*, quam celeberrimus
 ,, *Matth. Berneggerus* præmissa præfatione im-
 ,, primi curavit, qui eundem cum eo lapidem
 ,, moverat *Quæstione IX. ad Taciti Germaniam*.
 ,, Arctam quoque nostram inter & Graecorum
 ,, linguam cognationem annotavit *Joh. Clericus*,
 ,, Theologus Amstelodamensis celeberrimus, in
 ,, præfatione ad ruperam *Lexici Etymologici*
 ,, *Math. Martinii* editionem Batavam." &c.

Quod de *Vechnero* dicit, nondum in *Hellenolexia* illa invenire potui; unde suspicor Doctiss.
 Eccar-

Eccardo, nisi omnino fallitur, aliam editionem ad manum fuisse.

V I I.

I D E M

pag. 101 - 106. adfert amplissimum locum ex *Nath.* CHYTRAEO, unde pauca, quae huc faciunt, transcribemus: " Et cum videamus, „ apud Graecos quoque linguam, quae caeteris „ dialectis habita est elegantior, nimirum Atti- „ cam, ratione litterae *Tau*, qua illi pro *Sigma* „ utebantur, non parum cum nostra hac cogna- „ tionis aut saltem similitudinis habuisse. "

Loqui videtur auctor de dialecto Belgica sive Saxonica, quae *water, nat, eten, groot* dicit pro Francicis *wasser, nasz, essen, grosz*, &c.

V I I I.

Petr. FRANCIUS in *Praefat. Belgica ad Orationem Gregor. Nazianzeni*, ab ipso belgice conversam, pag. 60. 61.

Quae lingua (*de Graeca loquitur*) eruditorum omnium iudicio, copiosissima atque eloquentissima habetur. Nostrae tamen Belgicae sunt suae veneres, ut nulli vulgarium (*sive Europaearum*) cedere debeat: & saepe cum Graeca plane convenit. Hujus congruentiam cum Gallico sermone *Henr. Stephanus* haud praeter veritatem ostendit. Non minor similitudo Graecae lin-

A 4

guae

guae cum nostra intercedit, immo, quod non vereor dicere, multo major. Graecae linguae summum ornamentum constituunt voces compositae: eis autem nostra Belgica tam abundat, ut altera vix inferior sit, atque ea composita aequae felicitate exprimeret queat, uti ex ipsa hac Oratione liquebit. *Pag. 62. 63. sic loquitur:*

Emphaticas maxime voces, quibus nostrae optime respondent, in calcem libelli congeffi, ut inde cum Belgici Sermonis elegantia tum eius convenientia cum Graeco in oculos statim incurrat.

Quarum vocum syllogen huc transferemus, addita latina interpretatione:

Φιλοξενία,	<i>Herbergzaamheit.</i>	Hospitalitas.
Φιλadelphia,	<i>Broederlijfde.</i>	Amor in fratres.
Φιλανθρωπία,	<i>Menschliefensheit.</i>	Amor in homines.
Μακροθυμία,	<i>Langmoedigheid.</i>	Tolerantia.
Συμπάθεια,	<i>Medelydentheit.</i>	Communis dolor.
Απάρθρωπία,	<i>Onmenscbelykheit.</i>	Inhumanitas.
Απληστία,	<i>Onverzadelykheit.</i>	Insatietas. <i>Plaut.</i>
Συγγλυφτομοσ,	<i>Medetfsgenaam.</i>	Cohaeres.
Παραδρομειν,	<i>Voorbyloopen.</i>	Praecurrere.
Παρατριχειν,	<i>Voorbyrennen.</i>	Praeverti cursu.
Υπερβαίνειν,	<i>Overstappen.</i>	Transgredi.
Συμφωνία,	<i>Overeenstemming.</i>	Consonantia. <i>Vitruv.</i>
Ισομορφία,	<i>Eenparigheid.</i>	Aequa pars.
Συγγιννία,	<i>Bloesverwantschap.</i>	Cognatio.
Ατυχος,	<i>Ongeukkig.</i>	Infortunatus.
Ευτυχος,	<i>Gelukkig.</i>	Fortunatus.
Απαιδευσία,	<i>Onwetentheit.</i>	Insitia.
Πλειονεία,	<i>Onvergenoegezzaamheit.</i>	Cura habendi. <i>Pbaedr.</i>
Περουσία,	<i>Overvloed.</i>	Abundantia.
Ευσεβεία,	<i>Godvruchtigheid.</i>	Pietas.
Ασεβεία,	<i>Goddeloosheit.</i>	Impietas.

Συνο-

Συνοικία,	Samenwoning.	Contubernium.
Προθυμία,	Goethartigheit.	Lenitas animi.
Αταξία,	Wanorde.	Confusio, ordinis neglectus.
Ανιξερευνητον,	Ondoorgrondelyk.	Quod perscrutari nequimus.
Ανιξιχρηστον,	Onnaspenslyk.	Quod investigari nequit.
Συμβουλος,	Raatsman.	Confiliarius.
Ανερπηκτος,	Onbegrypelyk.	Incomprehensibilis, <i>Gelf.</i>
Αμειρητος,	Onafmetelyk.	Inmensus.
Ανωμαλία,	Ongeregeltheit.	Inaequalitas.
Φιλοπονία,	Arbeitszaamheit.	Sedulitas.
Αλογία,	Onredelykheit.	Rationis defectus. Illiberasitas.
Ασοφος,	Onwys.	Intipiens.
Ασοματος,	Onverstandig.	Infans, vecors.
Αθωροτος,	Onzinnlyk.	Invisibilis. <i>Gelf.</i>
Αφθατος,	Onverderfelyk.	Incorruptus.
Συμπεκτικος,	Samenvoegende.	Vim cohibendi habens.
Συνδεδτικος,	Samenbindende.	Copulans.
Συγχυσις,	Vermengeling.	Confusio.
Ασορμία,	Ongeschiktheit.	Habitus inelegans.
Αποκριπται,	Wechzenden.	Ablegare.
Ευχμεριστος,	Dankbaar.	Gratus, memor.
Επισκοπη,	Opzicht.	Curatio.
Εγκνηριζειν,	Prikkelen.	Stimulare.
Συναταν,	Ontmoeten.	Ocurrere.
Αισος,	Ongelyk.	Impar.
Ελημοσυνη,	Aalmoes.	Stips.
Μακμερισμος,	Getukzaligheid.	Beatitudo.
Ενποσία,	Weldoentheit.	Beneficentia.
Ευρυσοια,	Weldadigheid.	Liberalitas.

V I I I I.

Ibid. pag. 64.

Literae C & K eandem vim & sonum habent, ita ut alterutra facile carere possimus. Retineamus igitur illam, quae gravior Graecisque & nobis communis est (*scil. K*).

X.

Ibid. pag. 68.

Graeci duas copulas habent, καί & τε, Latini quatuor & , que, ac, atque, quae sermonem mire variant, neque auribus fastidium creant, modo apte adhibeantur Gallis, qui tantopere de sua lingua gloriantur, non nisi unica est, nihilque aliud in eorum sermone auditur quam & , & , & , id quod penuriam copiosae scilicet linguae prodit. Nos duas habemus *en, ende, &* sic cum Graecis convenimus
Pag. 69. Vocula *en*, ut hoc addamus, interdum prorsus vacat, soli ornatui inserviens, quae proprietas est nostrae linguae, praecurrentibus Graeca & Latina, &c.

X I.

Idem in animadv: ad eam Oration. pag. 249.

Παρεα της οντως σοφιας σοφιαν επιζητει. *Van de opperste Wysheit wysheit moesten zoeken te leeren.*] Haec versio forsitan non male successit, quamquam Graeca dictio elegantior est: ex quo specimine hujus linguae pulcritudo elucet, simulque quomodo possit Belgica eam aemulari.

X I I.

GRAMMATICA Belgica, more dialogi conscripta ab Societate, quae se in *Amore florentem* nominavit, pag. 14.

Quod

Quod ad literarum figuram attinet, vernaculae quibus vulgo utimur, Graecas admodum imitantur; nostrae tamen intricatiores paulo & negligentiores videntur. Nosne a Graecis acceperimus, an hi a nobis, Becano decernendum relinquo. Majusculae quoque literae Graecanicis similes sunt, sed Hebraicarum ambitum quodammodo referunt, &c.

X I I I.

Ibid. pag. CXI.

Loquor (*cum Becano*) de communi Belgarum Saxonumque lingua, quae quidem ab aliis aliter pronuntiatur, at non tanto discrimine, ut inter se non intelligantur. Graecae linguae, tanti semper habitae, similiter varias dialectos fuisse, nemo nescit.

X I I I I.

*Henr. Chr. HENNINIUS in 'Ελληνισμῶ
ορθῶδῳ p. 83.*

” Certe saepissime Belgica Poësis nescio quid
 „ ex Graecismo refert: ac videtur linguas esse eo
 „ elegantiores, quo magis dictionis colore refe-
 „ runt Graecismum, qui color in Belgismo non-
 „ nunquam tantus est, ut non opus habeant in-
 „ videre exteris suas delicias, aut ambitiosissime
 „ insudare imitandis fabulis Gallicanis, quo mor-
 „ bo hodie laboratur. ”

X V.

X V.

Dev. HOOGST RATANUS de Genere Substantivorum linguae Belgicae, in Prologo I. p. 2. 3.

Quae (lingua Belgica) vocum copia Graecam aequat, sive compositionis modum spectes, sive articulorum usum qui nobis sunt *de & het*, Graecis $\delta \eta \tau\omicron$ hi aequè apud nos atque apud Graecos inserviunt discernendis substantivorum generibus.

X V I.

Idem in Prologo II. pag. 21.

Praepositio *van* ablativo juncta vim genitivi habet, uti $\alpha\pi\omicron$ apud Graecos, qui ut plurimum secundo casu pro sexto utuntur. Nam *Thucydides* dixit $\alpha\pi\omicron$ των πολεων αρχοντες, *regeerders van de Steden*, & *S. Lucas* in Actis Apost. xvii: 13. οι απο της Θεσσαλονικης Ιουδαιοι, *de Joden van Thessalonika*. Item Latine *fulgor ab auro*, *de glans van 't gout*, pro *auri* dixit *Lucretius*; & *ab Andria ancilla*, *de dienstmaagt van de vrou van Andrus*, pro *Andriae*, *Terentius* &c.

X V I I.

Idem sub voce MONT p. 192. seqq:

Hoofdijs Epist. XL. Daar is 'er nist te min, di honig en melk voor de twee lifelykste lekkernyen des lants van beloften houden, en als ze gemengt zyn, zouden 'er geenen mont aan steken. Quem locum

locum decreto adduxi, quod video neminem nostrorum Grammaticorum, quantumvis Equiti Hoofdio deferant, operae pretium duxisse, de ista constructione *daar is 'er pro daar zyn 'er* (quae Belgarum auribus insolens videbitur) verba facere Sed hic scriptor, solitus instar apiculae ex variis floribus, omnigenas sermonis elegantias non e Belgicis modo scriptis, sed & Graecis, Latinis, Italicis, Gallicis colligere, intellexit continuo leporem Atticum, quem jam olim *Propertius* imitatus est in III. Elegiar. Libro:

Est quibus Eleae concurrat palma quadrigae:
Est quibus in celeres gloria nata pedes:

quod sic vertimus:

Daar is 'er di den prys in 't rennen willen halen:
Daar is 'er di met roem in 't loopperk willen pralen.

Ad quem locum alter Propertius & veteris interpres doctissimus *Jan. Brukhuisius* consuli meretur. Certe Galli patrio sermoni locupletando tantum operae navantes eundem Atticismum exprimunt, cum dicunt: *Il y en a de ceux, qui soutiennent*, vel, *il y en a qui soutiennent*: *daar is 'er di meenen, daar is 'er di staande houden* Itaque Hoofdus meo judicio non malam a Belgis inuit gratiam, quod illam loquendi formulam in nostram linguam transtulit, quippe quae cum Graeca mire congruens, eam feliciter imitari possit.

XVIII.

XVIII.

Idem HOOGSTRATANUS in *Praefatione Opusculi posthumi de Elementis Rhetorices.*

Inprimis frequenter citavimus Phoenicem poëtarum *Joan. Antoniden*, cujus carmina (poëscos enim haec ornamenta fere propria sunt) suavissimis tropis atque epithetis affluunt, eo suavioribus, quod saepius ad Graecorum syntaxin sua dicta feliciter composuit, quorum sermonem Belgicus multo aptius imitatur quam Latinus, ut alibi pluribus ostendimus. Ejusmodi Graecae locutiones passim in Antonide leguntur. E. g. *tertio Yadis*: (pag. 94.)

De destige Iber, 't hooft met kroonen overladen.

Principio Bellonae catenatae:

- - *Mavors, 't bekkeneel gekneust in myn gedicht.*

Primo Yadis (pag. 9.)

Den Zeeleeu van Sint Mark het bekkeneel verplet:

Iterum in Bellona:

Iriton 't hooft met lisch bevolchten.

XVIII.

Joan. JENSIUS in Lektionibus Lucian. pag. 112.

” Quod hic Graece, ες το χριστιον βλεπειν, id Belgice dicimus *op het gelt zien.* ”

Ibid. p. 223. ” Lucianus: και μην ευ ειδεναι χην, ως ουκ αυ ποτε αλλο επιοιμι, hoc est, at- qui

„ qui probe scias oportet, me nunquam aliud
 „ dicturum. Belgice magis convenienter Graeca
 „ haec efferi possint: *Ja gy moet weten, dat ik*
 „ *nooit anders zou zeggen.*”

„ *Ibid.* p. 324. ” Quod hic vocat Noster *οὐκ*-
 „ *δαμεν τῷ πνεύματι*, id eodem profus modo
 „ Belgae: *met den wint uitloopen.*”

X X.

Franc. JUNIUS in *Dedcat. Evangeliorum*
Gothice & Anglo-Sax: converforum p. * 3. b.

„ Francicam enim Anglosaxonicamque ex ve-
 „ tere Gothica promanasse, ipsam vero Gothi-
 „ cam, ut quae sola dialecto differat a Graeca
 „ vetere, ab eadem origine cum Graeca proflu-
 „ xisse judicabam.” *Ergo idem de Belgica, ut*
 „ *in Praefatione diximus, judicandam.*

Ibid. pag. ** a.

„ Ad haec si quis nunc mihi advertat animum,
 „ nae is profecto vel invitus agnoscat singularem
 „ illius linguae (*Gothicae*) in libera oratione
 „ vim ac facultatem, quae ad sermonis Graeci
 „ proprietates, ubertatem, emphasis, haud im-
 „ prospere ausa est adspirare.

X X I.

Idem in Alphabeto Gothico, quod Glossario
Gothico praefixit, pag. 1.

„ Proximum est ut ab earum (*literarum*) no-
 „ tatione statim transeamus ad earum potestatem
 in-

„ investigandam , ex collatione cum lingua
 „ Graeca nec non cum iis linguis , quas ex Go-
 „ thica traductas esse constat. Cum Graeca
 „ quidem , quod plerasque Gothici Alphabeti
 „ literas a Graecis petitas esse liqueat , quodque
 „ longe maxima sermonis Gothici pars variam
 „ quandam antiquae Graeciae dialectum prae se
 „ ferat. Cum aliis vero ex vetere Gothica tra-
 „ ducibus , Anglosaxonica nempe , Cimbrica &
 „ Alamannica , quod verisimile sit eas priscam
 „ avitae linguae pronuntiationem in multis re-
 „ tinuisse . ”

Plura ejusdem loca consulto praetermittimus .

X X I I .

Hadr. JUNIUS in *Animadversis* , pag. 274.

„ *Cap. VI. Vocabula aliquot Germanica e Graeco*
 „ *fonte cadentia .*

„ Gloriantur Bayfius & Budaeus , Gallos ab an-
 „ tiquo fuisse *φιλῆλιος* , argumento paucula-
 „ rum vocum eius idiomatis , quae Graecae lin-
 „ guae vestigia conservent. At quanto justius
 „ nobis gloriari licebit Belgis , quorum in lingua
 „ aliquanto plura indubitatoraque symbola ac
 „ documenta vocum ex uberrimis Graecae lin-
 „ guae fontibus scaturientium exstant? Quorum
 „ aliquot enumerare juvat hoc capite : Omnes
 „ etenim recensere , infinitam otiosi feriatique
 „ ingenii operam requirit. Etc. (*p. 279. sic con-*
 „ *cludit :*) Quid plura recensere attinet , quum
 „ Ger-

- „ Germanicarum vocum inmensum pelagus totum pene ad Graecos fontes arcessi posse putet Doctiss. undequaue Ant. Morillonus?

X X I I I.

Lamb. Ten KATE in Cognatione Linguae Gothicae & Belgicae, pag. 15. 16.

Nemini latet, aliquot ab annis viros doctos magnam ex Borealibus linguis vocum copiam eruisse, quae Latinis ac Graecis & sensu & forma apprime congruunt. Hinc multi contendunt, Latinis aut Graecis potius ea nos debere. [*Tum auctor causas rationesque adfert, cur Teutonica vocabula vel Belgica inepte dicantur e Graecis formata, e. g. Tochter ex θυγάτηρ, sed utrasque linguas e communi fonte altiorique origine repetendas esse adfirmat.*]

X X I I I I.

Idem, de Causis & Subtilitatibus Linguae Belgicae, Tom. I. pag. 25.

Qui sermo inter Japheti posteros antiquissimis temporibus floruit, eum non omnino deperditum arguunt tot vocabula, quae postmodum in Graeca Latinaque & veteri novaque Germanorum lingua remanserunt. Sic *Abrab. Mylius in Lingua Belgica Cap. VIII.* Bibliandri iudicium fuisse narrat, quod si bene animadvertatur, *ex mille vocabulis Germanicis primogeniis plus quam octingenta esse communia cum Graecis Latinisque.*

B

Quem

Quem numerum tamen ipse Mylius valde minuit, idque de *dimidio fere ditionum Belgicarum & Graecarum (praeter Latinas)* adserit.

XXV.

Ibid. Tom. I. pag. 56. in Observat.

Anomalorum in Gothica lingua verborum quaedam in praeteritis augmentum adsciverunt, quod a Cimbricis & Germanicis ramis diversum est, ut in IV. Classe Moeso-Gothicorum verborum ostendemus, quodque respectu vicinitatis & familiaritatis, cum Graecis Moesiam olim incolentibus contractae, Graecanicis augmentis simillimum est. Hinc Gothorum Orthographia cum Graecorum quoque convenit, jubens scribere *gg*, *gk* pro *ng*, *nk*; sicut insuper Gothicae literae Graecas aemulantur. . . . Hinc & *Anglosaxones & Francogermanici*, qui scribendi elementa Latinis monachis praecipue accepta referre debent, pro *K* plerumque habent *C* aut *CH*, quum Moesogothi numquam litera *C* sed ubique altera *K*, more Graecorum, utuntur, &c.

Idem pag. 591. 592. XII. Cap. de IV. Classe verborum Gothicorum eadem fere repetit, exemplis firmat & Graecis Latinisque praeteritis comparat. E. g. tekan, taitok. (tango, tetigi. τρυγω, τετιγχα) haban, baibab. (pendo, rependi. κρεμα(ω), κηκρεμακα) maitan, maimait. (caedo, cecidi. κοπτω, κηκοφα.)

Plura

Plura ex hac Dissertatione & aliis excerpere non fert animus, quum is liber in omnium fere manibus versetur, qui Belgicae linguae studio tenentur.

X X V I.

Sim. van LEEUWEN in Batavia Illustrata, Tom. I. pag. 64. seqq. magnum vocum Belgicarum numerum congeffit, quarum similes in Hebraica, Latina aut Graeca lingua inveniuntur, quas Lexico nostro Etymologico inferuimus.

Pag. 76. sic concludit eam syllogen:

Sigismundus Gelenius Lexicon Symphonon secundum edidit Basileae anno 1545. ubi plus tria millia vocum Graecarum, Latinarum, Germanicarum & Slavonicarum inter se comparat.

Johan. Aventinus Annal. Bajor. Lib. I. Camerarium refert aliquot millia vocum contulisse, quae Germanis & Graecis idem significant.

X X V I I.

Thom. MARESCALLUS in Observatt. de Versione Gothica Evangeliorum, p. m. 449.

” Quicumque Versionem Gothicam vel per
 ” transennam inspexerit, plures voces Graecas
 ” literis, ac aliquoties terminationibus, Gothi-
 ” cis vestitas sparsim inveniet. Dum
 ” vestigia quaedam Graecae linguae retego in
 ” Gothica matre, filiabusque Francica & Anglo-
 ” saxonica, in mentem venit quod de sermone

„ Getarum (qui & Gothi dicebantur) tradidit
 „ Poëta apud Getas tunc olim exulans:

In paucis exstant Graecae vestigia linguae:

Hæc quoque jam Getico barbara facta sono.

Ovid. Trist. lib. V. Eleg. 7.

XXVIII.

Lod. MEIJER in *Thesauro linguae Belgicae*,
 Part. III. pag. 537. 538.

A in compositione antiquis privationem notabat, sicut Graecis. Pro eo nos hodie *on* dicimus. Itaque *onmachtig*, *onwys*, *onwaart* substituiamus antiquatis *amachtig*, *awys*, *awaart*. Verum *a* videtur in his vocibus sumi pro *au*, siquidem majores pariter *auwys* & *auwaart* dixerunt; id quod euphoniae & facilitati datum est. *Au* vero corruptum ex *ave*, uti *ou* ex *ove*, quae singula idem in compositis significant atque *on*, quod nunc in usu est.

Videsis in Etymologico nostro particulas, α, απο, αρευ.

XXVIII.

Abrah. van der MILIUS superiori § XXIII. jam citatus. Hoc loco e *Summis Caputum de Lingua Belgica* illas eligemus (ne integras paginas describere sit opus) quae maxime nostro instituto faciunt.

Cap.

Cap. VII. p. 35. " Specimen vocabulorum communium Belgis & Graecis.

Cap. VIII. p. 42. " Belgas multum loqui ex celeberrimis quibusque linguis, praesertim ex Graeca: aut illos potius locutos multum Belgici. Alia quaedam ostenduntur, ob quae propinquior affinitas inter linguam Graecam & Belgicam existit. Quatenus Belgica lingua hic sumatur.

Cap. XIX. p. 81. " Esse verisimile plus vocum Graecos, Tauricos, Persasque mutuassee a Celti-Belgis, quam hos ab illis, &c.

Cap. XXIII. pag. 98. " Belgico Graecoque sermoni communia vocabula magis referre genus Belgicum quam Graecum: victores item Celti-Belgas potius Graecorum fuisse, quam hos illorum: proinde potius a Belgica lingua habere haec communia vocabula Graecos."

X X X.

OVIDIUS NASO *Tristium Libr. III. Eleg. VIII.* sic incipit.

- " Hic quoque sunt igitur Graecae (quis crederet?) urbes,
- " Inter inhumanae nomina barbariae.
- " Huc quoque Mileto missi venire coloni,
- " Inque Getis Graecias constituere domos.
- " Sed vetus huic nomen, positaque antiquius urbe,
- " Constat ab Absyrti caede fuisse loco."

B 3

Idem

Idem Trist. V. Eleg. II. v. 67. 68.

- ” Nesciaque est vocis quod barbara lingua Latinae;
 ” Grajaque quod Getico victa loquela sono.”

Idem Trist. V. Eleg. VII. v. 11. 12.

- ” Mistra sit haec quamvis inter Grajosque Getasque,
 ” A male pacatis plus trahit ora Getis.”

Ibid. v. 51. 52.

- ” In paucis remanent Grajae vestigia linguae,
 ” Haec quoque jam Getico barbara tacta sono.”

Paria his Eleg. X. v. 28. & 33. suppeditat.

XXXI.

Jacob. PERIZONIUS *ad Aelian. Lib. I. C. I. in Not. I.*

- ” Etenim δεινῶς (*schrikkelyk, verschrikkelyk, vreeslyk*) notat primitus *terribilem* . . .
 ” deinde vero, *quicquid in suo genere quasi modum excaet* . . . Sic δεινῆς φειδῶ II. 5.
 ” *summa parcimonia*; δεινῶς μολογῶ III. 18.
 ” *terribilis*, plane, ut Belgae loquimur, h. e.
 ” *immodicus fabulator*. Hoc sensu passim dicitur δεινῶς πινεῖν, εἰπειν &c.”

XXXII.

P. POERAAT *in Dissertatione pro Orthographia Arn. Monenii*, pag. 36.

Quum lingua Belgica & sonis & aliis proprietatibus Graecae quam Latinae similior sit.

XXXIII.

X X X I I I.

CL. SALMASIUS in *de Hellenistica Commentario* P. II. C. II. p. 380. "Nec dubito quin
 „ longe major ea harum linguarum convenientia
 „ apparere posset, si lingua antiqua Graeca, qua-
 „ lis erat Deucalionis aut Hellenis aetate, ad nos
 „ usque perlata esset, aut antiqua Germanica,
 „ Crediderim tamen ab ipsis principiis diversas
 „ fuisse linguas Geticam, a qua Germanica, &
 „ Graecam," &c. (*Plura ex eo alibi.*)

X X X I I I I.

Jo. Georg. SCHOTTELIUS in Opere abso-
 lutissimo *de lingua Germanica principe*, Libr. II.
 Cap. I. § 10. pag. 175. 176.

In Graecorum lingua illud tamquam singulare
 quid & copiosum laudatur, quod facundi Graeci
 tantam vocum vim, sive tot verborum termina-
 tiones adinvenerint atque excoluerint, ut inde
 quatuor dialecti diversae, *Attica, Dorica, Aeol-*
ica & Ionica ortae sint, atque adeo ex una qua-
 tuor linguae, quarum tamen princeps & orna-
 tissima *Attica*, ut quae praestantes cultores ha-
 buit, ideoque ob excellentiam *Graecanicus sermo*
 appellatur. Praecipue quia & *Homerus* *Attica*
 dialecto usus est, eoque illam tam copiosam, elo-
 quentem & suavem reddidit. Etc.

§ 11. Germanica lingua similiter in diversas
 dialectos sese exserit, in *Misnicam, Saxoniam,*
Belgicam, Suevicam, Helveticam, ut taceam

Danorum, Anglorum, Sueonumve linguas, quae Germanicae quidem affines sunt communi respectu, sed & multum mutatae, ut propemodum peregrinae videantur.

Forsan pro Homero Aristophanem voluit dicere, qui Atticarum elegantiarum Pater audit, nam Homeri dialectus magis est Ionica quam Attica.

XXXV.

Carol. TUINMAN in Praefat. Operis, quod inscripsit Facem linguae Belgicae.

Quod si animus fuisset neque tempori neque labori parcere in excutiendis Lexicis Latinis & Graecis, multo majorem colligere segetem potuissent Haud aequae liquet, unde Graeca hauserimus: tamen notatu dignum est, eam convenientiam praecipue in prisca Graecorum lingua detegi. Alias voces a Graecis per Latinorum manus accepimus, alias sine hujus interventus, ut ita fonti propiores simus quam ipsi Latini, & vocabula ab his repudiata retinuerimus. Literarum elementa plurimam partem Graecos inter & veteres Getas sive Gothos communia fuisse apparet. Mista quoque Graecis vocibus lingua utebantur Gothi, quia Scythae & Graeci aliquando in eandem terras confluebant, vel quia Graeci colonias in Scythiam deducebant. Quod ut probem, certiori non opus est testimonio, quam *Ovidii exulis, &c. &c.*

XXXVI,

XXXVI.

Idem inferius.

In sermone Graeco multae voces obsoleverunt, quibus lux adspargitur e nostra loquela: unde communem in ultima antiquitate utriusque linguae originem deprehendere licet. Ejusmodi aliquot in Homero legas.

Quam vellem, auctor aliquas produxisset.

XXXVII.

Adr. VERWER sub *Anonymo Batavo* latens in *Idea Linguae Belgicae*, pag. 62.

„ *Εψιλον* & *ητα*, quemadmodum & *ομικρον*
 „ & *ωμεγα*, distinctum apud nos habent sonum,
 „ in ipsomet rerum discrimine fundatum, quique
 „ iusta claritate exauditur in dicto Hollandiae
 „ tractu meridionali. Aliud enim est *leder*, (*λε-*
 „ *δερ*) *corium*; aliud *leeder* (*ληδερ*) *scala*: ite-
 „ rum aliud *koper*, (*κοπερ*) *aes*; aliud *kooper*
 „ (*κωπερ*) *emptor*; licet id omne a plebe ejus-
 „ que affeclis, misere confundatur *Amstelaeda-*
 „ *mi* & in *Hollandia septentrionali*. ”

XXXVIII.

Jan. VLITIUS in *Poëmate* *Glossario Gothico Junii praefixo*, pag. notata * * & seq.

„ *Et Scytha Gnuriades Anacharsis, regia proles,*
 „ *Ille tuus morum, Graecia, doctor erat.*

B 5

Quam

- „ Quam libet & mendax, nunquam tamen ausa negare es,
 „ Multum a finitimis te didicisse *Getis*;
 „ Longius egressi cum Thracia rura tenerent.
 „ Thrax etiam vates Orpheus ille fuit;
 „ Orpheus ille Deum docuit qui mente colendum,
 „ Flexanima sedans Martia corda chely.
 „ Thrax Sophos Aescopus, Phrygia licet ortus, habendus,
 „ Aemulus Aescopo Thrax quoque Phaedrus, erant.
 „ Hac satus evchitur Maxminus origine Caesar,
 „ Suesceret ut Gothico Roma domanda jugo.
 „ In Latium cives cum deduxere Pelasgi,
 „ Ausoniam linguis erudiere novis.
 „ Sed prius illi iidem (6) primaevae elementa loquelaе,
 „ Dores &, a rigidis addidicere Scythis.
 „ Quid? quod & haud alia distinguant voce parentes? (7)
 „ Quotquot & humano corpore membra vides. (8)
 „ Si qua tamen tacito mutarint saecula lapsu,
 „ Mutatis eadem vis & origo manet. ”

(6) Teste Herodoto lib. I. cap. 57. *ἦσαν δὲ Πελαγοὶ βαρβαρὸν γλωσσῶν ἰντις* &c. Vide Cl. Salmasii de Ling. Graecae origine cap. I.

(7) E. Gr. *πατήρ*, father; *ἄστρα*, Fris. *haita*; *μητήρ*, Dor. *ματήρ* moeder; *φραθάρ* Aeol. *brothar* (*Gothb.*); *θυγάτηρ*, daughter (*iisdem*); Belg. *dochter* &c.

(8) *κεφάλυ*, Kopf Alam. *armſ* (*Gothb.*) ab *ἀρμος* Belg. *arm* / *hirm* (*Gothb.*) B. *hirm* a *κνίω*, *figge* (*Gothb.*) B. & Angl. *finger* a *σφυγγίω*. *φάλλος*, fill (*Gothb.*) B. vel. *γονυ*, *knien* (*Gothb.*) B. *knie*. *πυς* *fotus* (*Gothb.*) Alam. *fuoz* nunc *foes* (*lego* *fusz*) B. *voet* &c. in hoc Glossario passim obvia.

CAPUT

CAPUT SECUNDUM,

*in quo Graecorum & Belgarum Orthographia
inter se comparatur.*

I.

Ex praefatione nostra liquet Graeci Belgici-
que sermonis congruentiam maxime in ve-
teribus proavorum linguis deprehendi. Quum
autem a primis elementis atque adeo ab Ortho-
graphia incipere certi ordinis gratia consultum sit,
recurremus ad literas Graecis ante Trojanum bel-
lum usitatas. Hae numero fuerunt sedecim:

Α Β Γ Δ Ε Η Ι Κ Λ Μ Ν Ο Π Ρ Σ Τ.

Quarum potestatem & genuinum sonum Belgae
prae aliis Europae gentibus optime & exprimunt
& efferunt, his characteribus:

Α Β Γ Δ Ε Η Ι Κ Λ Μ Ν Ο Π Ρ Σ Τ.

Has quidem figuras a Latinis Monachis accepisse
majores nostros, non diffiteor: sed neque illae,
quae nobis propriae sunt, sive eas a Francis ha-
beamus, sive a Gothis, ita longe a Graecanicis
abeunt. Vide *Cap. praeced.* § XII. Francicae
enim aequae ac Gothicae his simillimae fuerunt.
Quod ut probem, aliquot testes producam:
Franc. JUNIUM audivimus § XXI. superiori,
neque non *Lamb. Ten* KATE § XXIII. Tum
H.

P
R
I
S
C
A
E

Graecae { Λ et S T Y
 { Λ et > , T Y Φ +
 Latinae Λ . T V
 Etruscae A + Y
 Gothicae Λ S T ψ η υ γ χ ζ

Novae { A
 Graecae { α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ξ ο π ρ σ τ υ φ χ ψ ω
 { α φ ω

Veter. Belg. A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V X Y Z

Novae { A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V X Y Z
 Belgic { a . b . w . r . p . z .
 &

Manu. { A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V X Y Z .
 currenti { a . b . c . d . e . f . g . h . i . k . l . m . n . o . p . q . r . s . t . u . v . w . x . y . z .

Franc: { A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V X Y Z .
sive

Alamañ: { a . k . u . v . w . x . y . z .
&

Manu. { A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V X Y Z .
 currenti { a . b . c . d . e . f . g . h . i . k . l . m . n . o . p . q . r . s . t . u . v . w . x . y . z .

H. C. AGRIPPA in libello *de Vanitate Scientiarum* p. m. 13. testatur, " Francos veteres, qui
 „ sub Marcomiro & Pharamundo Gallias devi-
 „ cerunt (*deque suo nomine appellaverunt*) suos
 „ habuisse literarum characteres a Graecis parum
 „ distantes, quibus *Wastaldus* eorum patrio ser-
 „ mone descripserit Historiam, " &c.

Joan. CHAMBERLAYN in Praefat. ad *Oration. Dominicam* CLII. *linguis expressam* huic ex parte adstipulatur: " Dicit Vir Cl. LA
 „ CROZIUS, quod ductus literarum Franci-
 „ carum veterum accedant ad Gothicas, uti ex
 „ *Mabillonio* patet: Quod accedant non nego,
 „ quia Franci a Graecis & Romanis scribendi
 „ genus aequae ac Gothi didicerunt, " &c. Sed
 literas Gothorum aliis omnibus antiquiores esse,
 sunt qui contendunt apud SCHOTTELIUM,
Orat. IV. de Ling. Germ. p. 54. Verum enim
 vero, quando plures est oculatus testis unus
 quam auriti decem, Lectori in tabella conspi-
 ciendas dabimus varias veterum novarumque li-
 terarum formas. *Graecas, Latinas, Etruscas*
 ex *Inscriptione SIGEA antiquissima* per *Edm.*
 CHISHULL illustrata delineavimus; *Gothicas*
 ex *JUNII Alphab. Goth;* *Belgicas* partim ex
 monumentis quibusdam & *Grammat. Belg. So-*
cietatis in Amore florentis, partim ex hodierna
 scribendi ratione; *Francicas* denique seu *Alaman-*
nicas ex propria hujus gentis ab omni aevo scri-
 ptura deprompsimus.

Α Β Γ Δ Ε Ζ Η Θ Ι Κ Λ Μ Ν Ξ Ο Π Ρ Σ Τ Υ Φ Χ Ψ Ω

Graecae { Λ et Σ Τ Υ
 Latinae { Λ . Τ Υ
 Etruscae
 inversae { Α + Υ
 Gothicae { ᚠ ᚢ ᚦ ᚨ ᚱ ᚴ ᚷ ᚹ ᚻ

Novae { Α Β Γ Δ Ε Ζ Η Θ Ι Κ Λ Μ Ν Ξ Ο Π Ρ Σ Τ Υ Φ Χ Ψ Ω
 Graecae { α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ξ ο π ρ σ τ υ φ χ ψ ω

Viter. Belg. ᚠ ᚢ ᚦ ᚨ ᚱ ᚴ ᚷ ᚹ ᚻ

Novae { ᚠ ᚢ ᚦ ᚨ ᚱ ᚴ ᚷ ᚹ ᚻ
 Belgic { a. b. w. r. p. z.

&
 Manu
 currenti { ᚠ ᚢ ᚦ ᚨ ᚱ ᚴ ᚷ ᚹ ᚻ
 α. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ. ι. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. π. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ. ω.

Franc: { α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ξ ο π ρ σ τ υ φ χ ψ ω

Alamañ: { α. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ. ι. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. π. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ. ω.

&
 manu
 currenti { α. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ. ι. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. π. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ. ω.

II.

Sedecim illae literae proprie pro Scripturae elementis sunt habendae & hinc cunctis, ni fallor, gentibus communes. Equidem Hebraice sic repraesentantur:

ט ס ר פ ו נ מ ל כ י ה ה ר ג ב א

(1) Pro E substituimus ה, auctoritatem scriptoris *Grammaticae Generalis* secuti, qui p. 14. ait: *N videtur olim valuisse A, ה E, & י O, quod ex serie Alphabeti Graeci liquet, desumpti ex Phoenicio usque ad literam T.* (2) ה pro H adspirato, ejusdem & Jac. ALTINGI judicio. (3) In locum τ ϛ כ succedere potest ק. (4) ו huc pro O transtulimus, quoniam instar Graecanici O potestatem duplam habet, nam ו valet O, ו autem OY. (5) Ex literarum ordine ש substituendum esset, ut (6) ת pro ו.

Reliquae omnes potius binarum notae, & mixti soni sunt, quae postea excogitatae prioribusque additae fuerunt. Apud Graecos quidem hae novem Ζ Η Θ Ξ Υ Φ Χ Ψ Ω vel octo, si Η demas; apud Belgas hae decem C, F, J, Q, U, V, W, X, Y, Z, vel demtis J & V itidem octo.

Quomodo inter se conveniant aut discrepent, ex sequenti Oratione patebit. Initium fiet a Graecis:

Z Po-

- Z** Potestatem habet των DS vel TS, licet WELLERUS id ex Dorica dialecto exprimat per SD. Sed ejus rationes nondum mihi probantur. Vide Cl. VOSSIUM de Arte Gram. pag. 85.
- H** Seu E longum quasi ΕΗ, quod nos duplici EE exprimimus, locum occupavit literae adspiratae H, quae apud Latinos aliosque populos remansit. Ita nos cum Doctiss. VERWEY sentimus, Magni SCALIGERI sententiam a Cl. WETSTENIO Orat. III. de Ling. Graec. Pronunt. pag. 51. seqq. contra Celeb. VOSSIUM de Arte Grammat. L. I. cap. XVI. p. 70. defensam amplexi. In Gothica Lingua literam Hτα, quod quidam Vir doctus adfirmabat, non inveniri, evincit Franc. JUNIUS in *Alphabeto Gothico* pag. 13. 14.
- ⊙ Pro eo tam Graeci antiqui, quam nos hodie Latinos secuti, scribebant TH, quem sonum Angli optime omnium efferunt.
- H** Apud Latinos valet CS vel GS, apud nos KS, apud Germanos quoque CHS, quod & apud Graecos locum habet in ονυξ pro ονυξς, ut Germ. *ochs* pro *ox*. Pro ea nobis & aliis populis recepta est Latina figura X.
- T** De hac litera similis inter Eruditos (quos supra ad H. laudavimus) controversia est, nempe an Cadmea sit? Latini eam modo ut I modo ut U enuntiabant, donec in literarum

rum ordinem recepta fuit. Gallorum Hollandorumque U nec non Germanorum UE seu Ū cum Pythagorica illa, quod ad sonum, plane convenit.

⊕ Hanc Latini ut & prisca Graeci reddebant per PH, sed & saepenumero per F, quamvis durior paulo fuerit, & VOSSIO in *Corrigendis Libr. I. & II. Art. Gram.* P cum halitu sonuisse dicatur, quum F esset flatus. Consulendi quoque Viri Docti ad QUINTIL. Inst. Orator. L. I. C. IV. p. m. 44. Errat igitur FABER in *Thesouro Latinitatis*, quum F valentiori sono quam φ praeditum esse dicit. Putem φ proxime accedere ad Teutonicum PF in *Pferd*, *Pfenning*, *Pfarrer*, atque hoc F pro Digamma Aeolico esse.

X Est Latinum nostrumque CH, quo veteres tamen Belgae non magis quam Gothi utebantur, ut ex § XXV. *Cap. I.* patet. Hinc MELIS STROKE *Kersten* pro *Christen* scribit, &c. Priscis Graecis ejus loco erat KH.

† Valet PS.

Ω Vel ω ex duobus oo continentibus conflatum, valet longum O, sive Belgarum OO.

III.

Jam nunc reliquas nostrae linguae literas examinemus.

(1) Quarum duas C & Q omni procul dubio a Latinis accepimus. C (: quae nobis, Anglis & Gallis eandem vim habet, ac Graecis, Germanis, Latinis Z pro DS, atque in multis per S exprimitur, ut *Sedel* pro *Cedel*, Germ. *Zettel*, Graece *σχεδῆ* :) & Q (: quae itidem duplex est pro K W vel KU, Gr. *κω* vel *κου* :) nos plane carere posse, dummodo CH, Graecorum *χ*, retineamus, aut pro ea parem novamque figuram habeamus, in praefatione Operis demonstratum dedimus. F ex Aeolico Digamma formatum, de quo prolixè agunt *Quintilianus* & *Vossius* citt. libr. De X, Graecorum *Ξ*, supra egimus.

(2) Quatuor aliae J, U, V, W ab omni tempore Celticae & Gothicae linguae fuerunt propriae. Certe discrimen inter vocales I, U & consonantes J, V, quantum ad formas diversas, Graecis pariter & Latinis ignotum fuit. Qua de re videndi *CELLARIUS in Orthographia* p. 12. sq. & *VOSSIUS de A. G. L. I. C. XV.* quamquam alter eas pro duabus, alter pro quatuor literis habet. Verum vocalis U Gallis & Belgis (ut dictum supra) sonat ut Graecorum Y aut Teutonum UE, quibus suum U est crassius, ut & Latinis, quem sonum Graeci antiqui per O deinde per OY, hodie Galli per OU, Hollandi per

per OE exprimunt. Denique W Celticae tantum originis est, quam aliqui gemino V, e. g. in V*Vilhelmus* reddunt, quod Eruditiss. *Benj. HEDERICUS* improbat; alii GU pro ea substituunt, itidem male, iudice *SCHURTZ-FLEISCHIO* in *Observatt. Latinae Orthographiae* praemissis, qui V simplex mavult. Latini interdum mutant in G solitarium; Graeci interdum in OY: utrique plerumque in B, ut *Bardi* pro *Wardi* i. e. *Waarden*, digni; *Bolesvinda* pro *Wolfind*, *welvinde*, *celer inveniendo*, nomen mulieris: *Kovadi* pro *Kwaden*, *Quadi: Germani*, qs. *Weermannen*, unde Gallorum *Guerre*, bellum. Videatur *Varro Germanicus* de *Lingua German.* L. II. C. II. p. 218. 219.

I I I I.

Restant Y & Z, quae Graecas quidem aut Latinas forma referunt, sed sono plurimum discrepant.

(3) Belgarum quidem Y sonum medium habet, inter E, I & EI, qui a Rotterodamis eorumque in Hollandia meridionali vicinis optime enuntiantur, nam Amstelodamenses cum diphthongo EI confundunt, Brabanti & Selandi ut longius I pronuntiant, Trajectini ut AI. In Germanorum ceterorum, Gallorum & Anglorum linguis fere ejusdem soni est atque I. Non tamen verus hujus nostri Y sonus, (qui delicatis Hollando-
C rum

rum auribus dignus videbatur inter literas numerari) Graecis aut Latinis ignotus fuit, dum Graecis sua diphthongus EI modo ut Y modo ut EI sonabat, & similiter Latinorum longum I plane ut nostrum Y sonuisse mihi persuadeo, satis firmis rationibus nixus. Graecas enim voces Αλ-ξανδρεια, Αντιοχεια, Πολιτεια &c. Latini reddidere *Alexandria* & *Alexandrea*, *Antiochia* & *Antiochea*, *Politia* &c. Nos optime scriberemus: *Alexandrya*, *Antiochya*, *Politya*. Pro Μηδεια autem & Αινειας &c. ubi scilicet E clarjuss exaudiebatur, tantum scribebant *Medea*, *Aeneas*, plane ut nos pro *my*, *wy*, *zy* &c. saepe dicimus *me*, *we*, *ze*. Sic *veirei*, *capteivei*, *docerei* antiquorum, mutatum est in *viri*, *captivi*, *doceri*, quod pronuntiandum nobis ac si *vyry*, *captryy*, *docery* scriptum esset. Et ita CICERO in *Oratore* c. XLVIII. & GELLIUS N. A. L. II. c. XVII. intelliguntur. Contra *omneis*, *parteis* &c. primo in *omnis*, *partis*, deinde in *omnes*, *partes* abiit. Idem dubius sonus est in nostris vocabulis, quae in *lyk* desinunt: namque *beerlyk*, *mannelyk*, *deugdelyk*, *beerlyken*, *mannelyken*, *deugdelyken*, *beerlykheit*, *mannelykheit*, *deugdelykheit*, &c. ita pronuntiatur, ut vix dignoscere queas, num *beerteik*, *manneteik*, *deugdeleik* (& ita in ceteris) an *beerlik*, *mannelik*, *deugdelik*, an vero *beerlek*, *mannelek*, *deugdelek*, audias. Quod si *Etistae* atque *Jotistae* ad hujus Belgici Y sonum attendissent, nunquam de
lana

lana caprina contendissent, cum utrique & verum & falsum defenderent.

(4) Tandem ad literam Z venio, quam summus Grammaticus A. M O N E N cum Hebraeorum ׀ comparat, atque hodie Gallorum & Anglorum more pro leniori S usurpatur, de quo discrimine videantur Grammatici Belgici. *Societas*, quae ante octoginta annos ab Amore nomen sibi dedit, in Dialogo notissimo pag. 45. majorum suorum aevo eam literam Z frequentissime adhibitam esse testatur, tibi simul nec non apud Vener. Viros A. *Momenium* p. 17. & J. NYLOE *Isagoge* ad L. B. pag. 44. verba aliquot occurrunt, quae pro diversa scriptura diversa significant, ut *sant*, *sanctus*, *zant*, *arena*; *zaai*, *serito*; *saai*, *transoericum Kiliano* &c. Graeci Latiniq; interdum Z & S promiscue usurpabant, ut in *Smaragdus*, *Zmaragdus*; *Smyrna*, *Zmyrna* &c. de quo consulendi Summi Viri VOSSIUS libro saepius laudato, pag. 85. 86. J. BRUKHUSIUS ad *Propert. II. El. XIII. v. 43.* & P. BURMANNUS in N. C. ad *Phaedri L. III. Fab. XVIII. v. 7.* quique ab iis adducuntur, imprimis M. GUDIUS ad eumdem Phaedri locum, & PIÉRIUS ad *Aeneid. VII. v. 648.*

V.




De consonantium divisione Grammatica non habeo quod moneam, nisi eam improbari Doctif. VERWEY in N. V. *Doc. Gr.* p. m. 10. De conjunctione earundem duo observo: (1) Adspirationem quam Graeci literae caninae adjungebant, a majoribus Belgarum literae G subjungi solitam, quod negligentiores patrii sermonis & hodie servant, cum *ghy, gheleert, ghevinghe, dagh, dogh,* &c. scribunt pro *gy, geleert, geving, dach* vel *dagge, doch* vel *dogge* &c. (2) Priscos Graecos non $\gamma\gamma$, $\gamma\kappa$, $\gamma\xi$, $\gamma\chi$ scripsisse, sed quemadmodum Germani cum Latinis, $\nu\gamma$, $\nu\kappa$, $\nu\xi$, $\nu\chi$, uti STEPHANUM & SCALIGERUM ex MSS. & inscriptionibus probasse docet VERWEY, ib. p. 9. Tamen Getas sive Gothos $\Gamma\kappa$, & $\Gamma\Gamma$ semper usurpasse, tum ex § XXV. C. praec. tum ex *Argenteo Codice*, a Fr. Junio publici juris facta, lectori liquere potest.

Transimus ad vocales longas, quae solis Graecis ac Belgis communes sunt, & ad aliarum compositionem, quae Diphthongus dicitur.

VI.

Vocales longae Graecis sunt η & ω , quae nostras EE & OO valent (vide § II.) ab *Adr. VERWER*, exterminatis Y & Z, Alphabeto insertas. Nec ego nec alius quis facile ejus senten-

tentiae subscribet ; nam (1.) illis Y & Z carere vix possumus , quod (ni fallor) satis demonstratum est supra ; (2.) si pro sonis diversis singulares literae opus sint , similiter é , ó ; éé , óó (: qualibus accentibus H O O F D I U S primo est usus cum aliis Grammaticis sui aevi , quos postea tamen rejecit :) *ch* ; *ng* , *nh* ; *kw* &c. novos characteres requirerent , quod partim tentavit sagaciss. *Lamb. Ten K A T E Tom. I. in Animadv. ad Orthogr. Criticam* , pag. 129. seqq. partim mihi in mentem antea venerat , circa duplam CH. (3) Quo pacto pro duabus figuris E & O octonas excogitari necesse foret , nam E non minus atque O duplicem sonum habet , tam apud Belgas quam apud Graecos. hinc fierent quatuor literae ; & quum singulae produci possunt , quando scil. longiorem in pronuntiando moram exigunt , quatuor alias gignerent. Ut hi varii soni rite percipiantur , lubet eos exemplis declarare , ut & in hac parte Graeci Belgicique sermonis convenientia appareat , etsi non ignoro , simile quid sed non aequale in Latinorum & Gallorum linguis inveniri , quo Neronis jocus pertinet ap. S U E T O N . N. c. 33. *qui morari Claudium inter homines desisse jocabatur* , producta prima syllaba , deductoque ridiculi causa verbo a *μωρεος*. Apud Belgas igitur *wel* , *bene* ; *men* , Gallorum *on* (particula , quae verbo tertiae personae praeposita impersonale passivum denotat) *den* , τὸν articulus &c. languidius E habent , quam *wel* ,

sons, men, aurigare; den, abies &c. ubi E magis acuitur fortiusque sonat. Simile discrimen est inter *bok* pro *buk*, *inclina, curva te*; (nam illud O lene accedit ad Latinorum *vulgus, servos, sophos* pro *vulgus, servus, sophus*) *bol*, caput, globus; *bot*, licitatio &c. ac *bok, boedus, bol, turgidus, fungosus; bot*, stupidus & *bot, passer piscis &c.* Videamus jam productarum vocalium exempla: EE lene est in *peer, pirum; smeek, supplica; leer*, corium pro *leder*; EE acutius in *Heer, Dominus; vrees, timor & time; leer, doce* vel *doctrina*. OO lene auditur in *doof, exstin-*
ctus; kool, carbo, pruna; door, per; ik rook olfaciebam: OO acutum, (accedens ad Gallo-
rum AU, quemadmodum *clostrum* pro *claustrum, suffoco* a *faucibus, colis* pro *caulis &c.* dixerunt Latini) in *doof, surdus; kool, brassica; door, stultus; rook, fumus*. Sexcenta imo plus mille ejusmodi vocabula collegit laboriosissimus Ten KATE T, I. a pag. 211. ad 313. Graeci plane eodem modo distinguebant inter E lene, in quod accentus nunquam cadit, in *αἰσθητής, medicus; αληθές, certo, vere; εκπλεω, plene &c.* atque inter *αἰσθητής, sartor; αληθές, verum, certum, εκπλεω, enavigo &c.* in quibus E acuitur. De vocali O audiamus Eruditum ISAACUM V O S-
SIUM de *V.ribus Rhythmi*, pag. 43. "Diony-
sius Halicarnensis in praeclearo isto de collo-
catione verborum libello . . . do-
cet differentiam inter voces *ὀδ* , *ροδ* , *τρο-*
π  ;

„ πⓄ & ερορⓄ, in quibus licet breves dicantur priores quaelibet syllabae, satis tamen sensibile est temporis discrimen, quod in singulis, ut distincte proferantur, requiritur.” Locus Dionysii exstat *περι Συνθεσεως Ονοματων*, Edit. Sylburg. pag. 13. v. 34. seq. qui & longior est & longiorem explicationem poscit, quam in praesentia nostrum institutum patitur. Hae lene sive jacens statuimus in *αηρ*, *ποιμην*, *αγενη*, &c. Clarius & fortius in *έλλην*, *κρατηρ*, *ετυρθην*, *αληθες*, nam posterius in *αληθης* est debilius pronuntiandum: Porro Ω lene & languidum in *ρητωρ*, *τυπτων*, *υδωρ*, auditur, sed acutius in *Σιμων*, *Ξενοφων*, *Σωκρατης* &c. Quamobrem sic censeam, (nam de Belgicarum vocum & vocalium sonis hodieque auris delicata judicare potest, non item in linguis mortuis, ut vocantur) paucis explicabo; nempe ubi η aut ω in derivativis abit in ε aut ο, longa illa vocalis debilius leniusque sonare debet, quam in illis, ubi η aut ω in omnibus derivatis manet. Scribimus autem *αερⓄ*, *ποιμενⓄ*, *αγενεⓄ*; contra *έλληνⓄ*, *κρατηρⓄ*, *ετυρθημεν*, *αληθης*, *αληθεⓄ*. Sic *ρητορⓄ*, *τυπτωνⓄ*, *υδαⓄ*, contra *ΣιμωνⓄ*, *ΞενοφωντιⓄ* &c. Et hic Graecos rursus imitatur, namque a Grammaticis jubemur scribere, *peren*, *smeken*, *beeren*, *vreezen*, *leeren*, *dove kolen*, *carbones*; *doove menschen*, *homines surdi*; *dooren*, *stulti*; *rooken*, *fumare*, *wy roken* olfaciebamus &c. Vide nostram *Praefationem*.

VII.

De ipsis Diphthongis conjeceram quaedam in chartas, ubi simul nullas triphthongos tam in Graeca quam in Belgica lingua dari contendebam; quae nunc consulto praetermitto, quod ea leviuscula aliis visum iri metuo. Tantum de nostra Diphthongo OE, quae Graecam OU valet, adjicio, ei apud Graecos eundem sonum fuisse, namque Attici προετη, προκειτο, μισοεργ. &c. efferebant per προυτη, προκειτο, μισοεργ. Eodem modo apud Latinos *moetus* pro *moetus*, *pinio* pro *roenio* invaluit. Similiter conversa dipth. EO contrahebatur in OU, ut: ποιουντες, αληθε. ετιδεο pro ετιδεο, in ποιουντ, αληθους, ετιδου, quae Belgice leguntur h. m. *poioentes*, *aleethoes*, *estthoe*. Angli autem eo per & efferunt, ut *root*, *radix*, legunt ρετ, quomodo Graeci e. g. αιδος contrahunt in αιδους. Tandem notae Accentuum & Apostrophi considerandae essent, sed de accentibus, quantum ad Orthographiam pertinent, in Praefatione egimus; quantum ad Prosodiam, Libro III. occurrent. De apostropho autem alibi sermo erit.

CAPUT

CAPUT TERTIUM.

De Partibus Orationis, & primo de ARTICULO ET NOMINE eorumque
Accidentibus.

I.

Etiam si cum ARISTOTELE cunctas voces ad tres species Ονοματα sc. Ρηματα και Συνδεσμοις, sive Nomina, Verba & Particulas, redigere possumus, tamen, ne illas denuo cogamur dividere, cum Grammaticis Graecis οκτο partes Orationis constituemus, 1. αρθρα, articulos; 2. ονομασια, nomina; 3. αντωνυμιας, pronomina; 4. ζηματα, verba; 5. μετοχας, participia; 6. επιερηματα, adverbia; 7. συνδεσμοις, conjunctiones; 8. προθεσεις, praepositiones. Ita adverbis ad censentur interjectiones, quas pro nona orationis parte venditant SCHOTTELIUS, MONEN & alii: sed auctor *Ideae* L. B. ut octo partium numerum servet, participia verbis adiungit. Nos itaque secundum propositum ordinem docebimus, quibus in rebus *Etymologia* utriusque sermonis congruat: hoc capite de prima & secunda parte, quae separari aegre patiuntur, acturi.

II.

De Articulis observatu dignum est, majores nostros ante quinque aut sex saecula solo definitivo *de ac het* usos fuisse, more Graecorum, qui articulum δ ή το eodem prorsus modo adhibent, uti *Libro secundo* probaturi sumus. Articulus alter *Een* paulatim in nostram linguam irrepsit, quam observationem debemus diligentissimo *Tenkate, Tom. I. pag. 354. sqq.* quo lectorem ablegamus. Ceterum de Etymo articuli Graeco-Belgici videndum *Caput VIII.* Alia mihi interim sese offert observatio, nempe Graecos aequae ac Belgas (alios populos jam non curamus) saepe articulum & adjunctum nomen in unam vocem contrahere, e. g. τ'αμα pro τα εμα, ὦ πολ' (Ⓞ), pro ὁ αιπολ' (Ⓞ), ap. *Theocritum*, τ'αγγυριον, τ'αληθη, ΗΑΙСОΠΟС & ΗΑΔΕΛΦΟΙ in *Sigea Inscriptione*, de quibus vocibus pro ὁ Αισωπ' (Ⓞ) & οἱ αδελφοι sumtis, videndus Doctiss. *CHISHULL* pag. 7. & 91. Apud nos *d'arent, d'avont, d'exel* pro *de arent, de avont, de exel, 't huis, 't myne, 't ampt* pro *het huis, het myne, het ampt*. Sed masculinus aut femininus articulus male a quibusdam ante H apostropho notatur, pejus ante mutam, quo tamen imperitis tabularum & insignium pictoribus nihil usitatus, qui *D'HAAS, D'LEEU, D'MOL*, scribere amant. Quod si literas edocti essent, suspicari quis possit, eos antiquitatis aemulatores esse, qui
KRUS,

KRUS, DCIMUS, BNE, CRA scribebant, pro **KARUS, DECIMUS, BENE, CERA**, quod prima vocalis in literarum nomine latebat, vide **VOSSIUM** de A. G. p. 73. Immo in Ety-
mis vocum invenimus aliquando, alias etiam gen-
tes peregrinum retinere articulum, ita *obliquus*
ex ὁ πλαγιῶ, aqua ex ἡ ἕρα, factum putant.
Pluribus haec persequitur **FR. JUNIUS** in
Gloss. Goth. pag. 63. Sic nostrum *laberdaan*, ex
Gallico *l'aberdan*, & quod vulgo dicitur **LILE**
pro **L'ILE Insulae**, Belg. *Ryffel*. An similiter
fluvii **NIPER & NIISTER** ex Scythica lin-
gua aut Gothica articulum adsciverint, ut
DNIPER & DNIISTER hodie appellentur,
non definio.

I I I.

Quandoquidem articulus generis Nominum in-
dex est, sponte ad **GENERA** eorum deducor,
quae Belgis & Graecis tria esse, vix operae pre-
tium esset memorare, nisi Hebraei, Galli, Ita-
li &c. duo tantum agnoscerent. Sed quid agno-
scere eos dicam, cum **H. STEPHANUS**
contendat, Gallis non minus genus tertium,
id est, Neutrum, esse quam Graecis. Argu-
menta autem ejus propemodum paria sunt illo-
rum argumentis, qui sex casus statuunt in Grae-
cis. Considerari potius meretur, quod in utra-
que lingua plures quam in alia ulla voces repe-
riantur, duplo genere praeditae. Nos tantum
eas

eas conquiremus, quae utrobique eandem significationem in binis generibus servant.

ὁ και ἡ ακατⓄ, *de of het boot*, navigiolum. Germ. *achen*, vet. Belg. *ake*.

ἡ εμπλαστρⓄ και το εμπλαστρον, *de ac het pleister vel plaaster*.

ὁ σκολος και το σκοτος. Alam. *die und das finsternisz*, caligo; quae terminatio in *nisz* semper dubium genus facit. Sic inter Belgas pro *het getuigenis* maluit *Vondelius* saepe *de getuigenis* scribere fem. gen.

ὁ και ἡ κρινος, *de eike*, ap. Hoogstr. *masc.* Nyl. *fem. ilex*.

ὁ βωλος, Attice ἡ βωλος, *de of het klai*, gleba, ὁ κων, Jon. ἡ κων. *de zuil*, m. & f. ap. *Sewel. columnna*.

ὁ και ἡ βηξ, *de hoest*, *masc. & fem. tussis*.

ὁ και ἡ περδιξ, *de of het patrys*, *perdix*.

ὁ και ἡ θιν, *de duin, het duin* ap. *Monen*, *colliculus*.

Sequentes pro diverso genere diversa significant: ὁ ανθρωπος. *de mensch*, Germ. *der mensch*, homo *mas*.

ἡ ανθρωπος, *het vroumensch*, Germ. simpliciter, *das mensch*, homo *femina*.

ὁ και ἡ λιθος, *het edelgesteente*, *gemma*.

ὁ λιθος, *de steen* *masc. lapis*.

ὁ αλς, *de & het pekel*, *sal*.

ἡ αλς, *het pekel* *poët. mare*.

ὁ και

ὁ καὶ ἡ Φυγας, *vluchteling, banneling*, com. gen. profugus & profuga.

ἡ στύραξ, *de storax*, arbor aut gummis quaedam.

ὁ στύραξ *de spits of het spits*, cuspis hastae.

Ita Hoogstratanus habet, sed non videtur animadvertisse Vir alioqui sagacissimus, id discriminis interesse, ut *de spits* fem. g. dicatur *de acie* vel *cuneo* militari *eene heirspits*, (quod compositum in neutro genere nunquam inveniri putem) & *het spits* pro *acie* vel *mucrone* cultri: quamquam eo sensu quoque *de spits* ferri potest, ut *de punt* ac *het punt*, cuspis, mucro.

I I I I.

Non gravabitur, spero, Lector candidus, si paululum deflectens a via, quam intendi, populares moneam, ne hac licentia in generibus abundantur, aut sine delectu omnia adripiant, quae ab uno alterove scriptore singulariter dicuntur. Generalem enim usum spectare oportet, optimum scribendi magistrum, qua in re tutissimus dux DAV. van HOOGSTRATEN, in *Catal. De Generibus Substantivorum*. Praeterea auctoritates Poëtarum saepe suspectae esse debent, quia illis & pictoribus, quos supra notavimus § II. plus licet ad metrum aut rhythmum recte constituendum. Potissimum hic damno pravum usum articuli mascul. *des loco der* fem. qui HOOFDIUM,

DIUM, *Joan. DEKKERUM*, BRUNIOSque parentem & filium passim deformat. Videtur autem hic error quodammodo stabilitus a *Societate in Amore florenti*, quae articulum *des Genitivo* in omni genere constanter adscribit. Quamvis autem hanc locutionem, *En ik in plaats des girigheits*, pro *der girigheid*, in Prol. *Aululariae*, HOOFDIO *Warenar* dictae, atque *Illam*, *basterbroer des zons* pro *der zonne* & *similes* damnem; non tamen damno in quibus genitivus praecedens sequenti nomini ita adhaeret, ut fere unam tantum vocem, omisso accentu, constituat, qualia sunt: *myn moeders zuster*, *de stats waag*, *'s weerelts ondergang*. Consulatur *MONEN* pag. 101. & 286. Simile quid apud Graecos observare licet. Attici enim *τω ημερα*, *τω χειρα*, *τω φυσεε*, *τουτω τα τεχνα* &c. non semel dixerunt. *Sophocles* in *Oed. Tyr.* v. 1434 *και του με χρειας ωδε λιπαροις τυχειν*; Quo refero hoc *Hesiod.* *Erg.* v. 196-198.

Δευχοισιν φαρεσσι καλιψαμενω χροα καλον
Αιδωσ και Νεμεσις, quomodo ob praecedentia & sequentia Α *ευφωνιας ενεκα* locutus videtur.

V.

Pergimus ad CASUS, quorum Graeci quinque numerant, quot Belgae similiter habent, si recte rem pensitamus, nam sextus utrobique tertio similis est, quod in antiqua Latinorum lingua itidem obtinuit. Quod si quis cum *Doctore Parisien-*

rifiensi, quem Verwey sequitur, in Graecis nominibus sex quoque casus velit admittere, ei quidem non adeo praefracite obloquimur, sed ita aequali jure cum SERVIO in Romana lingua septem casus numerarem, aut in nostra tredicim, si diversis casuum usibus ac significationibus singulare nomen tribuere vellemus, qua de re laboriosissimus Ten KATE I. Tom. p. 325. accurate agit.

Terminationes quoque quorundam casuum in Belgico eadem quae in Graeco. (1) Genitivus singularis plurimum exit in S, ut: *της ημερας des daags*, *του ανδρος des mans*, quomodo & apud Latinos: *hominis, fructus*, & antiq. *familias*. (2) In eandem literam S desinunt multi nominativi plurales: *ανδρες de mans*, homines. (3) N in fine habent omnes genitivi plurales, qua Graeci qua Belgici: *των μουσων & των μουσων der Zanggodinnen*, *των ανθρωπων & των ανθρωπων der menschen*, *των Ελληνων & των Ελληνων der Griechen*, *των πατερων der Vaderen*.

V I.

Athenienses aliosque loco vocativi plerumque nominandi casum adhibuisse, satis constat, immo Doricus quoque Theocritus habet I. Eid. v. 7. *αδιον ω ποιμαν* & 15. *ου θεμισω ποιμαν*, nam illud pro nominativo *ποιμην* dici, persuadet derivatum

ποι-

ποιμενικός, quod occurrit v. 23. ubi alioqui ποιματικός debuisset dicere. Id. eod. Eid. v. 149. *Θασαι φίλος ὡς καλον οσδει*, *Vide amice, quam suaviter oleat.* Quem Graecismum & Galli imitantur, cum dicunt: *Venez ça, l'homme; Tenez là, femme.* Apud Belgas autem vocativus articulo plane caret: e. g. *Heere, ontferm u myner, Domine, miserere mei: Wel vrint, waar van daan?* Unde, amice? Falli autem eos, qui vicissim vocativum pro nominativo usurpari putant, erudite ostendunt Auctores Gallici *Novae Meth. Gr.* Nam Macedonica dialectus in nominat: ποιητα, ιπποτα, θυστα, unde Latini habent *poëta, cometa, Thyesta & Thyestes* &c. dicere jubebat pro ποιητης, ιπποτης, θυστης. Ne quis mihi objiciat illud Persicum, seu Persianum mavis: *Stemmate quod Tuscorum millefimo ducis, Censoremne tuum vel quod trabeate salutas*, aut Virgilianum: *quibus Hector ab oris Exspectate venis?* Nam in secunda haec persona dicuntur, quod in prima aut tertia non licet. Itaque quamvis in talibus nominativus possit habere locum, an hinc sequitur, loco nominativi generaliter substitui posse vocativum? Non putem. Conversae theses non semper verae.

V I I.

Ut Belgae casum genitivum non raro per praepositionem subjuncto nomine efferunt, quum dicunt e. g. *de tron van de vrouwen*, fides mulierum;

literum; de zorg voor de kinderen, cura liberorum; de liefde tot zijn vaderland, amor patriae; de bedrevenheit in goede kunsten, bonarum artium pericia, &c. ita & Graecis idem usitatum est: Anacr. Od. XXXXIII. ἀπο κειθεν ὅτι βλάπτων, quod Barnesius vertit: de nihilo quidquam laedens, malim: nullius rem laedens, nocens. Hocr. Ελέν. Εγκωμ. pag. m. 496. ἀλλ' ἀνεμενον την της παιδὸς ἡλικίαν, καὶ τὸν χρόνον τὸν παρὰ της Παιδας, nam illi & aetatem puellae & oraculum Delphicum (Apollinis) expectabant. Sic citatum invenio, nescio ejus; ἀτυχία περὶ τον βιον, infelicitas vitae. Lucian. Nigr. p. m. 23; πίνακιον τι των ἀπο γεωμετρικῶν σχημάτων καὶ ἀσχεγγραμμείου, tabella quaedam geometricis (geometriae) figuris conscripta. Non sum tamen nescius, Virum Clarissimum in Lect. Lucian. mutata paululum lectione hunc locum aliter construxisse, quae crisis digna est ut a Lectore propius examinetur. τρία εγκωμια καθ' ἑμῶν καλλίστα, Demosth. pro simplici ἑμῶν, ut supra Ελένης εγκωμίων. Sic Revér. ELSNERUS in Observ. ad N. T. I. T. το κατά Ματθαίου Ευαγγέλιον, explicari posse autumat Evangelium Matthaei, quemadmodum Polyb. L. III. c. 6. p. 225. αἱ κατ' Ἀννίβαν πράξεις res gestae Annibalis vocentur. Ap. S. Matth. XV. 1. οἱ ἀπο Ιερουσαλῶν γραμματεῖς Scribae Hierosolymitani s. ab Hierosolymis Vener. WOLFIUS in Cnr. Philol. explicat secundum Raphaelium; ut subaudiendum non sit. ελθόντες

cum *Erasmo & Beza* &c. Ap. Livium similiter ad vulgus, in vulgus pro vulgi legere memini. Adde Φρασεις Graeco & Latino-Belgicas vocc. απο, ab & de, & si tanti est, TUINMANNI Tom. II. Proverbior. p. 243. 244.

V I I I.

Discrimen NUMERORUM, quod Nominibus Graecanicis cum Belgicis intercedit, (cum *Dualis* pro tertio Numero apud Graecos vulgo habeatur) haud ita magnum est, ut prima specie quis suspicari possit. Prorsus enim ab iis sto, qui *Dualem* pro *Dialecto Attica* seu variante pluralis numeri terminatione habent, quoniam vix ulla horum numerorum differentia est apud probatos L. Gr. auctores. Cujus rei exempla aliquot profertre libet, partim ab aliis Grammaticis, partim a me congesta. (1) Pro duali est pluralis in his (ut LXX Interpretes taceam, & NOVI FOEDERIS scriptores, qui ne semel quidem duali numero sunt usi, ut WELLERUS ait) *Herod. Clio C. 9. εγω γαρ σε ες το οικημα, εν τω κοιμωμεθα.* (scil. Candaules cum uxore) *Θησω. Pindar. Pyth. IV. pag. m. 357. πεμπε δ' Ερμας χρυσοραπις διδυμς υιους επ' ατρευτον πονον, του μεν Εχιονα, κεχλαδοντας ηβα, του δ' Ερευτου ταχεως δ' αμφι Παγγαιου θεμεθλα ναιεταοντες εβαν &c. Alcman, Καστωρ τε πωλων ταχεων δημητηρες ιπποται σοφοι και Πολυδευκης κιδνος.*
Plura

Plura alia suggeret BUDAËUS *Comment. L. G.* p. m. 953. sq. Addi possunt exempla bina Homeri ap. *Herodot.* p. m. 550. *Aeschin. contra Ctesiph.* p. m. 278. Β. τούτων ὑμῖν αὐτὸν Δημοσθένη καὶ Κτησιφῶντα μαρτυρᾶς παρεξομαι. *Ib.* C. καὶ περὶ τούτου Δημοσθένης μὲν καὶ Κτησιφῶν πολὺν ποιήσονται λόγον. *Demosth. de Corona* pag. m. 315. Α. ὅτι τῆς ἡμετέρας ἐχθρᾶς ἡμᾶς ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν δικαίον ἦν τὸν ἐξέτασμον ποιεῖσθαι. οὐ το. μὲν. πρὸς ἀλλήλους ἀγωνιζέσθαι παραλαίπειν, ἕτεράκ δ' ὅτι κακὸν τι δώσομεν ζῆτειν. Quorum loco alii nunc scribere juberent: ὅτι τῆς νῦν ἡμετέρας ἐχθρᾶς νῦν ἐπινοήσαντες οὐ το. μὲν. πρὸς ἀλλήλους. *Euripid.* ἀμφω δ' ἄμ' ἐξέπνευσαν ἀθλίον βίον. *Lucianus Timone,* ἀμφω εὐλογα. *Isoct.* δύο ποιῶν καίρους τοῦ λέγειν. *Homer.* δύο νυκτᾶς δύο τ' ἡμέρας. *Luc. Prometh.* p. m. 105. C. ἀλλ' ὑμεῖς γούνη, ὦ Ἡφαιστε καὶ Ἑρμῆ, κατελεησάτε με παρὰ τὴν ἀξίαν δυστυχούντα. p. 107. E. ἀμφω δὲ τέχνηται καὶ εἰπεῖν δεινοὶ ἔοικατε εἶναι. *Aristoph. Βατραχ.* v. 177. εἰ μὴ κἀλαθῆσαις δύο δραχμάς.

(2) Dualia quoque pluralibus, cum de duobus sermo est, miscentur in his: *Herodot. Clio C. XI.* Νυν τοι δύοιν ὁδοῖν παρεούσων. *Homer. Iliad.* A. 135. sq.

Εἰ νῶϊ ζῶους πεπυθοῖτ' ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν.

Ὡς τῶγε κλαίοντε προσαυδήτην βασιλῆα

Μειλιχίοις ἐπέεσσιν ἀμειλικτὸν δ' ὅπ' ἀκούσαν.

Εἰ μὲν δὴ Ἀντιμάχοιο δαιμόσιος ἕισος ἔστων &c.
 Αἰσίοι. ἐξ ἀμφοῖν ψευδῶν. Lucian. Prometh. p.
 117. f. σφω καὶ ὠ Ἐρημὴ καὶ Ἡφαιστὴ, εἰ τι μὴ
 καλῶς εἰρησθῆαι δοκεῖ, διευθύνετε καὶ διελεγγετέ.

(3) Dualis est pro plurali ap. Homer. Iliad.
 A. 49. Ἀτρεΐδῃ νῦν ἀμμε παλιμπλαγγχθένας οἶω
 Ἀψτεπονσῶσθησιν. Pindar. 2. Olymp. p. m. 60.
 Μάθοντες δὲ λαβροὶ Παγγλωσσια κορακὲς ὡς, Ἀ-
 κραιτὰ γαρύετον, ad q. l. Scholiastes τὸ δὲ γαρύ-
 ετον, κακῶς qui vicissim a GRETSERO va-
 pulat, quem vide in Syntaxi I., Gr. pag. 5. 6.
 ubi ex Homero adducit: Iliad. Δ. 452. 453.
 ὡς δ' ὅτε χεῖμαρροι ποταμοὶ, κατ' ὄρεσφι ῥεσύτες,
 Ἐς μισγαγκείαν συμβαλλστον ὄβριμον ὕδωρ, &c.
 II. A. 138. quod tamen hic non satis quadrat.
 Quid quod σφετερος & σφωίτερος Oratoribus &
 Poëtis pro ἑὸς & ὑμτερος in usu sunt?

Sed satis de his. Dualem autem numerum qui
 statuerunt apud Latinos in scripsere, legere, ex-
 ploduntur a Quintiliano Instit. Orat. I. Cap. V.
 pag. m. 63. & a Servio ad Virgil. Aen. II. 1.
 Conticere omnes. Maneat ergo illa veritas, an-
 tiquis temporibus discrimen inter Graecorum Bel-
 garumque linguam aut nullum aut perexiguum
 fuisse, nam, si dialectus est ille dualis, necesse
 & sponte sequitur, priscos Graecos eam igno-
 rasse.

VIII.

Pergimus ad DECLINATIONEM nominum, ubi primo occurrit, dari etiam in Belgica lingua Declinationes contractas, quae quintam Graecorum aemulantur. Contrahimus enim *vader, moeder, bodem, Goden, srydigheden, dooden* &c. in *Vaar, moer, boom, Goon, srydigbeen, doon*; sicut Graeci *ἑπατος* in *ἑρωσ, ἑρατω* in *ἑρω*, deinde multa nomina in utroque sermone a communi declinandi regula discedere seu anomala esse; tertio multa utrobique haberi *Indeclinabilia*. Paucis haec singula explanabimus, quoniam plurima iam a Grammaticis utriusque linguae sunt praecepta;

1. Quaedam duplici declinatione gaudent: *ὁ νοός, νος, του νοου και νου, & ὁ νος, του νος, ὁ ἦρωσ, του ἦρωσ* vel *ἦρω*. *De tyt, des tyt* & *der tyt*; ita multa neutra apud nos dativum bifariam formant: e. g. *het kint, vel den kinde, het volk, vel den volke; het bloet, vel den blode*.

2. Quaedam varie formant pluralem: *προσωπα και προσωπατα, τοις προβατοις και προβασι*: *Kalvén & Kalveren; bladen, blaen, bladeren, blären* a singulari *blat, folium; zoons & zonen, Mans & mannen*, aliquo tamen discrimine, nam *mans* nobis significat *viros* aut *maritos*, respectu sexus: sed *mannen* honorificum vocabulum est, uti e. g. Graecam aut Hellenisticam phrasin *ανδρες αδελφοι* Bibliorum interpretes reddiderunt per

Mannen broeders, & ita *Krygsmannen* (quod in Belgica Grammat. Monenii p. 80. occurrit) dicuntur milites, non *Krygsmans*, pro quo tamen usitatius est *Krygsluiden*.

3. Alia ἀνωμαλῶς faciunt numerum pluralem, ὁ και ἡ ταπεινος, τα ταπεινα: *lit*, membrum; *leden*; *smit*, *smeden*, *faber*; *boosheit*, *malitia*, *boosheden*; *schip*, *navis*, *schepen*.

4. Alia rursus plurali carent, quem aliunde mutuuntur. Sic Graecum ἀλς & Belg. *pekel* pro mari singularia sunt, ac pluralem adsciscunt a θαλασσα, *de zee*, *het meir*. At ἡπαρ, quod Joanni Verwey aliisque singulare tantum est, invenio a LXX. Genes. xxxviii: 6. plurali praeditum, τα ἡπαλᾶ μου: nostrum autem *lever* pluraliter efferri posse vix crederim; similiter graecum δεμας belgicumque *lyf* pluralem non habent, σωμα autem & *lichaam*, habent. Sicut urbs, facit *steden* a *stede* aut *stee* locus, quod eo sensu plurali caret; ut & *borst* pro pectore, sed idem *borst* pro *mamma* aut pro *juvene* facit *borsten*. Plane ut ap. Theocr. Idyll. III. v. 48. ἀτερ μάσθιο (pro μάζου) exponendum est a *pectore*, cum plurale μάζοι solum *ubera* vel *mammās* significat. *Bedrock* fraus plurali quidem caret, sed tum dicimus *bedrigeryen* ab usitato *bedrigery*, *fallacia*.

5. Contra quaedam pluralia singularem ab aliis nominibus capiunt, ατλα & nostrum *ertelyke a tis*, *eenig*; τα επιτιμια *poena merita*; τα αδφιστα
pro

pro victu sumtum; *Luiden* & *liden* (homines) in singulari habet vel *man* vel *mensch*; *landeryen* ab obsoleto *landery* singulariter dicitur *lant*, rus.

6. Multa ut Graecis (videatur praeter Grammaticos summus SALMASIUS *de Hellenistica* p. 390.) ita Belgis indeclinabilia sunt, & praeterea in eo congruunt, quod neutri voces peregrinas inflectant, ut ex omnibus Veteris Novique Foederis libris, tam Graecis quam Belgicis Lectori adparere potest. In N. T. nostri quidem interpretes nonnunquam nomina propria per Latinorum casus extulerunt; sed id imitandum non est, neque hodie Oratores sacri, meliora a FRANCIO in *Praef. ad G. N. Orat.* p. 29. sq. & NYLOE in *Isag. ad L. B.* p. 81. sq. edocti, id imitantur.

X.

Postremo loco de ADJECTIVORUM *Motione & Comparatione* agendum. De *masculinorum* genere observo; accusativum Graecis ac Belgis plerumque desinere in N, ut *αγαθον* *goeden*; *μεγαν*, *grooten*; *βαθον*, *dipen* &c: De *feminino*, illud saepissime in E terminari, *αγαθη*, *goede*; *μεγαλη*, *grootte*; *βαθυτατη*, *diepste*: quam quoque gloriam Galli obtinent, cum dicunt *bonne*, *grande*, *profonde*. De *Neutro*, illius indicem semper esse το vel τ', apud nos *het* vel 't; nec non quartum casum utrobique primo seu nominativo similem esse.

XI.

XI.

De *Comparatione Ajectivorum* pluribus persequemur, quod primo capite **BOXHORNIUM** vidimus adnotasse. Similis autem locus est apud Auctorem **IDEAE L. B.** pag. 24.

„Comparativi characteristica est paragoge literae *r*: *wreede*, faevus; *wreeder*, faevior: Superlativi paragoge syllabae *ste*: *wreede*, faevus; *wreedeſte*, faevissimus, pro quo vulgo per syncopen *wreetſte*. Populi Septentrionales, quibus nostram linguam debemus quodammodo, mutuati fuerint illud forte a Graecis, ut *κρατερος*, *κρατιστος*.” In Latinorum comparativis quoque *r*; in superlativis *ſſ* reperitur. Certe ejusdem originis esse *αγαθος* & *goet*, *βελτερος* & *beter*, *βελτιστος* & *beste*, quis infitiabitur? Sed & gradus suos *αναλογως* facit; *αγαθωτερος* *goeder*; & *αγαθωτατος*, *goetſte*, quod vulgo per syncopen effertur *goeſte*, de qua postea Prius neque Stephano neque aliis (quod sciam) observatum, inventi apud *Greg. Nazianz.* Orat. *περι Φιλοπρωχιας*, quod secutus **FRANCIUS** p. 75. dixit: *goeder zyn dan GOD zelve?* posterius ex *Josepho* citant Grammatici, & ex *Synesio* **STEPHANUS** in *Theſauro*, postquam *Eustathium* & *Aelium Dionysium* negasse observavit, *αγαθος* comparari posse. *Francius* similiter pag. 21. *de goetſte*, *de menſchliventſte* habet.

Solent

Solent quoque Grammatici comparativum κακω-
 τερος negligere, quem tamen Stephanus ex HO-
 MERI Od. O & Φ adtulit. Addimus Iliad.
 T. 321. ε μὲν γὰρ τι κακώτερον ἄλλο πάθοιμι,
 & X. 106 μηποτέ τις εἴπησι κακώτερος ἄλλος
 ἐμείο, & THEOCR. Eid. V. 52. ταὶ παρὰ
 τὴν ὀσδόντι κακώτερον ἢ τὴν περ ὀσδεῖς. Denique
 ut Graeci ὁmittunt in ραίων & ραίστος vel ρα-
 στος, pro ραδίων & ραδίστος a ραδῖος facilis, ita
 Hollandi *goeste*, *vermaarste*, *volmaakste*, *laaste*
 vel *leste* solent dicere pro *goetste*, *vermaartste*,
volmaaktste, *laatste*.

CAPUT QUARTUM.

*Quae sit convenientia ambarum linguarum in
 Verbis & Participiis, edocet.*

I.

Hoc Caput de **VERBIS & PARTICIPIIS**
 inscripsimus, quia *Pronomina* in eum locum
 reservamus, cum ad Syntaxin Libr. II. pervene-
 rimus. Interim hoc unum adferam, quod me-
 morabile mihi videtur, scil. Pronominum pri-
 mitivorum declinationem in utroque sermone &
 plerisque aliis esse anomalam, v. g. εγώ, ik, ego;
 ἐμεῦ, μου, myns, myner. mei; ἐμοί, μοί, my,
 E mihi;

mihī; *εμε, με, τυ, τε, me*; &c. Sed derivatorum declinatio fere regulam sequitur:

εμῶ, τυνη, meus; *εμῆ, τυνε, mea*; *εμου, τυνη, meum*:

εμου, τυνης, mei; *εμῆς, τυνητ, meae*; *εμου, τυνης, mei*.

εμῶ, τυνην, meo; *εμῆ, τυνε, τυνητ, meae*; *εμῶ, τυνη, τυνην, meo*.

εμου, τυνην, τυνη, meum; *εμῆ, τυνε, meam*; *εμου, τυνη, meum*.

εμε, τυνη, mi; *εμῆ; τυνε, mea*; *εμου, τυνη, meum, cetera*.

II.

Quamquam Belgica lingua peculiari Verborum *Mediorum* forma destituitur, illorumque adeo consideratio non videtur hujus loci esse, tamen, quum vis & usus eorum (cujus rei notitiam pleniorē LUD. KUSTERI diligentiae debemus) ex nostro sermone & Latino aptissime potest illustrari, pauca de iis commentabimur. Principio genus *Mediorum* cum Hebraea conjugatione *Hithpabel* dicta comparem, quae reciproca atque tum in usu est, cum quis sibi quid facit aut fieri curat: deinde verba Latina *mutuari, fenerari, stipulari, pacisci, testari*, item quae in activa forma capiuntur passive, ut *tondere, mutare, continuare, vertere* &c. putem pro Mediis haberi posse: e. g. *mutuor valet, mutuum mihi peto; feneror, fenus mihi paciscor; stipulor & paciscor*

scor, *promitti mihi curo*; testor, *testem me do*, vel *testem mihi facio*, & ita in aliis: tertium est, nos Graecorum Media, Latinorumque Depo-
nentia (: quae fortasse omnia antiquis temporibus *Communia* & sic Media fuere: in qua opinio-
ne me confirmat ingens talium verborum nume-
rus ab Eruditiss. VÖSSIO de *Analogia* L. III. Cap. V. VI. VII. collectus:) vel una voce, vel pluribus cum reciproca significatione, exprimere.
v. c. ἐργάζεσθαι, operari, werken, *zich aan 't werk zetten* vel *zich bezig houden*; πορεύεσθαι, proficisci, verreizen, *zich op reis begeven*; κείρεσθαι, tondere, tonderi, *geschoren worden*, *zich laten af doen scheren*; ἀντιτάσσεσθαι adversari tegenstaan, *zich tegenkanten*; προσφερέσθαι σίτου, vesci cibo, eten, *spyze tot zich nemen*, dum active προσφέρειν σίτου significat cibum prae-
bere, *spyze toereiken*; ποιεῖσθαι εἰρήνην, placari, pacem (sibi) cum quo facere, *zich verzoenen*, *vrede met imant maken*, at activum ποιεῖν εἰρήνην proprie vertendum est, *alios placare*, pacem conciliare, *andere verzoenen*, *vrede maken tusschen partyen* &c.

III.

Saepenumero tamen Graeci pro Medio vel Passivo habent Activum, addito interdum pronomine reciproco, ac tum noster sermo, in quo perquam multa Verba & active & neutraliter usurpari possunt, plane congruit. Exemplis res

E 2

fiet

fiet clarior: τελευτᾶν finire *eindigen*; ληγεῖν, de-
 finire, *ophouden*; ἀρχεῖν, incipere, *beginnen*;
 πληθύνειν, multiplicare, *vermeeningvuldigen*; πλη-
 θυνόντων των μαθητῶν, *als de discipelen vermee-
 ningvuldigen*: Pindar. Olymp VII. p. m. 138.
 εἰεβυτᾶσαν δὲ λογῶν κορυφαί. Euripid. Electr.
 v. 1034. και νυμφα δὴν Ἐν ταῖς αὐτοῖσι δωμασι
 κατειχομεν. *Wy twee bruits ontbilden ons in het
 zelve huis*. εκ της πληγης αναφρατων Plato, *van
 de wonde opkomende, zich herstellende*; Anacr.
 Od. IIII. ἐπι μυσσιναις τρεῖναις Στορεσας θελω
 προσπινεῖν. S. Luc. V. 36. και το καινον σχιζει, *en't
 nieuwe sbeurt los, vel sbeurt zich af*. Lucian.
 Halc. init. τις ἢ φωνη προσεβαλεν ἡμῖν; Anton.
 Liberal. c. II. Γοργην και Δημειραν φασιν κατ'
 εὐμενειαν Διονυσου μη μεταβαλεῖν, *datze niit ver-
 anderden, pro verandert of herschept werden,*
 atque sic in aliis locis. vide MUNKERUM ad
 C. XXXVII. p. m. 294.

Plura in phrasibus Graeco-Belgicis occurrent,
 eum iis quae ex VIGERI Cap. V. Sect. I. ad
 nostrum institutum faciunt. Pronomen recipro-
 cum additur in his: Job. II: 24. Ο Ἰησους οὐκ
 επιστευεν ἑαυτον αυτοῖς, *JEZUS betrouwde zich
 hien niit*. Demosth. de Corona: και εδωκ' εμαυ-
 τον ὑμῖν ἀπλως εἰς ταυς περιεσηκότας τη τολευ
 κινδυνους, *Ik heb my enkel voor ul. in het gevaar
 begeven, dat onze stat omsingelde*. Plato in Dio-
 nyf. νυν δε μεγας εγω ειμι, εμαυτον παρεχων τῷ
 εμῷ λογῷ ἔπομεναν, *maar nu ben ik een groot man,
 daar*

daar ik my betoone myne woorden naar te komen.

Lucian. Somn. p. 10. ἀλλ' ἀτιμότερου ποιῶν σεαυ-
τον λιβῶν, *gy verontwaardigt u al te zeer*. Vi-
tandi autem sunt soloecismi, cujusmodi duos a LU-
CIANO in *Soloecista* notatos adducam. pag. m.
980. Α. αἱ Λυκίνοι· καμὰ τοίνυν εἰση τρεῖς, ἔταν
τι τῶν παιδιῶν γένη, τῶν τὰς τιτῶας θηλαζούτων.
ἢ εἰ σὺ νῦν εὐκλεῖς σολοικίζοντα με, οὐδὲ αἰξάνοντα
παιδία σολοικισμόν ποιήσει τῷ μηδὲν εἰδοσί, Et p.
984. Α. Λυκ. καὶ πῶς φησὶ σὺ δυνήσασθαι; ἢ γὰρ
θύρα σχεδὸν ἀνεῳγε σοὶ τῆς γνώσεως αὐτῶν. Σολ.
εἶπε τοίνυν. Λυκ. ἀλλὰ εἶπον. Σολ. οὐδὲν γὰρ ὥστε
ἐμε μάθειν. Λυκ. σὺ γὰρ ἐμοῦδες τὸ ἀνεῳγεν, (Med.
pro passivo ἀνεῳγεται) Ceterum vide Summi
GRAEVII utilissimas ad hunc *Luciani* Dialo-
gum observationes pag. 734, 753. & alibi.

Communia insuper verba sunt apud Belgas,
gewennen, adsuefacere & adsuefcere: HOOFF-
DIUS in vita Henrici Magni p. 4-6. *Des gewen-*
de zyn gemoet . . . met luttel te vrede te zyn;
verzwakken, debilitare, debilem fieri, *verzwaren*,
βαρυνω, *βαρῶ* gravare, *ingravescere*, *bederven*,
αποφθίνω seu *αποφθικῶ*, *corrumpi* & *corrumpere*. Similia sunt *verergeren*, *verflimmeren* dete-
riorem facere vel fieri, *verbeteren* corrigere &
corrigen, *breken* frangere & *frangi*, *stoaten* προσ-
κοπῶ offendo aet. & absol. *paren* conjugo, *barb.*
combino, & *conjugor*. *waren*, *ryden*, *vebe* vel
vehor, & multa alia, quae praeteritum duplex

habent, sc. in act. significatione *ik heb gewent*, *ik heb verzwakt* &c. in absoluta *ik ben gewent*, *ik ben verzwakt*; excipe unum *stooten*, quod in praeterito activo & neutro semper *ik hebbe* postulat.

Communia quoque sunt verba sensuum pleraque apud Belgas, multa autem apud Graecos, id quod singularem eorum *συμφωνικῶν* confirmat: *βλεπειν* *ziin* & Lat. spectare pro *videre* & *videri*; *smaken* gustare & *sapere*, ut Graecum *εχχυμιζω* exponi video *exsugere*, *evaporare*, *saporibus perfrui*; *αθειν* branden ardere vel urere; *καταδύειν* *verdrinken* submergere & submergi; *ruikēn*, *riken* *οσφραίνεσθαι* olere & olfacere; *klinken* *φθεγγομαι* sonare & sonum facere, ad Graecas phrasas adde *ακουω*, *κλυω* quae & active & absolute Latinis redduntur per *audio*, de quo Vechnerus: ad Belgicas *spelen*, ut: *de kinderen spelen* pueri ludunt, *eene fleuit* vel *op eene fleuit spelen* ludere tibia, *een spel spelen* ludere lusum, *het orgel speelt* organum pneumaticum pulsatur, auditur. Idem in participiis quibusdam evenit: *Thucyd. I. της γαρ εμποριας ουκ ουσης, ουδ' επιμιγνοντες αδεως αλληλοις*. Et sic *άλους* semper passive exponendum, quod tamen in ceteris modis quoque locum habet, vide Perizonium ad Aeliani L. XI. c. 6. Ita nos: *blazende instrumenten* pro *di geblazen worden*; *brekende waar*, merx aut res fragilis.

I I I I.

E contrario nonnumquam pro activo aut medio Graeci utuntur passivo, sed tantum in perfectis & aoristis primis, rarius secundis, ut *Deuteron. XX: 7.* τις ὁ ἀνθρώπος, ὅστις μεμνηστέυται γυναῖκα; *Aetor. XIII: 47.* ὄλω γὰρ ἐπέλαλοι ἡμῖν ὁ Κύριος. *Ib. XVIII: 19.* αἰσος δὲ - - - διελεχθη τοῖς Ἰουδαίοις. *Lucian. T. I. p. 123. D.* ἀλλὰ καὶ καινοῦ ἀλλο τι δεινόν (ἡ Ἡρα) ἐπιμεμηχασῆται τῆ κακοδαίμονι. *Caesari ad Brut. Epist. XXIII.* οὐδὲ γὰρ εἰκος τοῦτε ἡμᾶς πεπλασθῆαι τὴν πρὸς σε Φιλίαν. *Chrysost. Tom. VI. adv. Judaeos:* Πῶς οὖν ἀπεστράφη ὑμᾶς ὁ Θεός. *Divus Paul. 2. ad Tim. IV: 7.* Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγωνίσμαι. Talia adhuc sunt πεπορευμαι *Exod. V: 22.* ἐμνησθη *Exod. II: 24.* προσκεκληῆται *Exod. IV: 18.* & sexcenta alia. Jam vero apud Belgas idem obtinet in Verbis Neutris. *gaan, ire; zyn esse; komen, venire; vallen, cadere; blyven, manere; vluchten, fugere; gebeuren, accidere; gelukken, succedere, &c.* Dicendum enim est in perfecto & plusquamperfecto, *ik ben, ik was gegaan, geweest, gevallen, gekomen, gebleven, gevlucht; 't is gebeurt, 't was gelukt, &c.* Verbum autem substantivum saepe iteratur, uti cum dicimus: *hy zou u verschenen zyn geweest, apparuisset tibi: dat al het oude van di Jafetsche sprake mit t'eenemaal te leur is geraakt geweest, ap. Ten Kate,*

T.

T. I. p. 25. m. Sic pro illo *Hoofdii* in Vita Henrici pag. 31. *Men was gemeent* (i. e. *men meende*, censuerant) dici possit: *men was gemeent geweest*. Cavendum & hic a Soloecismis, qui vulgo admittuntur in his: *ik heb geweest, ik hadde gevallen, 't heeft gelukt & in aliis.*

V.

Veniamus ad TEMPORA Verborum. Quodnam autem discrimen sit inter futura prima, secunda & tertia, inter aoristos primos & secundos atque praeterita Graecanicae linguae, nullus adhuc data opera, quod sciam, demonstravit. Licet ego quaedam de iis in Graeca, Latina, Germanica, Gallica lingua comparationes instituerim, tamen immaturior est fetus, quam ut in lucem prodire possit. Interim ut quasi per transfennam Lectori adpareat, quemadmodum Belga diversa illa tempora valeat exprimere, Graece ea & Belgice adponam: *τυπῶ*, *ik sla*; *τυπῶν εἰμι*, *ik ben slande*; *ετυπῶν*, *ik sloeg*; *ἦν τυπῶν*, *ik was slande*; *ἔτυπα*, *ik heb geslagen*; *ἔτυπον*, *ik had geslagen*; *τέτυπα*, *ik heb geslagen gehad*; *ἔτέτυπον*, *ik had geslagen gehad*; *τύπω*, *τυπῶ*, *ik zal slaan*, *ik wil slaan*. *τυποῦμαι*, *ik worde geslagen*; *ετυποῦμαι*, *ik wert geslagen*; *ετυπῶμαι*, *ik ben geslagen*; *ετυπῆν*, *ik was geslagen*; *τέτυμαι*, *ik ben geslagen geworden*; *τέτυμμενος εἶμι*, *ik ben geslagen geweest*; *τέτυμμενος ἦν*,

ην, ik was geslagen geweest; τυφθησομαι, τυπησομαι, ik zal geslagen worden, ik wil geslagen worden; τετυψομαι, ik sta geslagen te worden.

De differentiis horum temporum apud Belgas agit L. Ten KATE, Tom. I. Dial. XIV. p. 511. sqq.

V I.

Si formationem temporum spectemus, tria cognationis nostrarum linguarum indicia se prodeunt, primo in permutandis vocalibus ac diphthongis, secundo in variandis consonantibus, tertio in geminis literis praesentis, quarum unam alia tempora rejiciunt. Paucissimis haec declaratum imus, nam satis superque de his Grammatici utriusque gentis:

(1) Λειπω ik verlate, λελοιπα ik verliit, ελιπομεν wy verliten; λεγω ik spreke, λελογα ik sprak vel ik heb gesproken; εχω ik hebbe, ειχον ik had, εσχηκα ik heb gehad; σπειρω ik zaie, εσπαρακα ik heb gezaait; βαλλω ik werpe, βεβληκα, βεβολα ik heb geworpen, ik wiirp; εικαζω ik vergelyke, ηκαζον ik vergeleek. Sed de augmentis postea.

(2) Quam varias literae ejusdem organi αυθησεις in Graecis conjugationibus patiantur, e. g. β π πτ ψ φ, item γ κ κτ ξ χ, nec non δ τ θ σ ζ ξ &c. actum foret agere. Simile verbis nostris accidit, g enim, k & ch, k & kw; p, f

F

&c

& *ch*, *f*, *ω* & *v*, *z* & *s*, &c. inter se facile permutantur. *Ik zach* videbam, *wy zagen* videbamus; *zoeken* quaerere, *gezocht* quaesitus; *Ik ligge* jaceo, *ik lach* jacebam, in part. *gelegen*; *brengen* ferre, *gebracht*; *denken* cogitare in partic. *habet gedacht*; *komen* venire, *hy kwam* veniebat; *verkoopen* vendere, *verkocht* & *verkoft* venditus; *verknocht* conjunctus, ab obsoleto *verknopen* colligare; *leven* vivere, *ik leefde* vivebam; *verwen* tingere, *inficere*, *geverft* tinctus; *azen* escam quaerere, *ik aafde* imperf. &c.

(3) Sequentem observationem celeberrimo STEPHANO debemus, qui *de Conformit. L. G. & Gr. III. Cap. p. 48.* sic loquitur, me interprete: "Graeci in praesenti tempore dicunt
 „ μεταβαλλω & μετεβαλον in aoristo. Similiter
 „ nos in praes. dicimus *j'appelle* voco, in praeter.
 „ *j'ai appelle* vocavi. *Où allez vous?* quo abis?
 „ *sed je suis allé* abii. *J'échappe* effugio, *je suis*
 „ *échappé* effugi. *Je frappe* percutio, *je suis*
 „ *frapé* percussus sum." Haec ille. At certe nostram geminae literae in unicum mutandae rationem prae Gallica similiorem immo Graecae simillimam & parem esse, exempla probabunt, paucis ex erudito sermone praemissis: ψαλλω, aor. εψηλα, εψηλον. Αγγελλω, aor. ηγγειλα, ηγγελον, perf. m. ηγγελα. Πλασσω, aor. ι. επλασα &c. His Belgica subjiciam: *Ik scheeppe* creoo, *hy schiip* creabat, in pl. *schipen*. *Ik bidde* pre-

precor, *wy baden* precabamur, *gebeden* precatus.
Ik valle cado, *ik viil* cadebam, in pl. *vilen*,
 quod verbum simul ejusdem originis est cujus
 βαλλω. *Ik ligge*, *gelegen*. *Hessen* tollere, *ge-*
heven. *Zitten* sedere, *gezeten* &c.

VII.

AUGMENTA rursus, quae perfectis praefigi
 solent, communem nostrorum populorum sermo-
 nem multis modis adstruunt. (I) Quemadmo-
 dum Graeci primam praesentis consonam inserto
 εψιλω repetunt, ut a γαμew fiat γεγαμηκα, a
 γραπew, γεγραφα, a κλεπew, κελκοφα, a ποιew,
 πεποιηκα, (id quod prisca Latini fuerunt imitati,
 cum dixerunt: *cecidi*, *seselli*, *steti*, *dedi*, *me-*
mordi, *tetondi*, *tetuli* &c.) sic nos syllabam ge
 omnibus verbis, quae augmentum ferunt, adpo-
 nimus: *Gaan* ire facit *gegaan*; *loopen* currere,
geloopen; *struikelen* labare, *gestruikelt*; *kussen*
osculari, *gekust*; *slaan* verberare, *geslagen*; *schry-*
ven scribere, *geschreven*. (II) Docet Eusta-
 thius Atticos a fronte aliquando priorem conso-
 nantem abjecisse, & pronuntiasse: εφθακε, εχαλ-
 κευτα, εβλαμμια, εκρυφα, εκτημαι &c. Jam
 mihi vide quaeso, quam mire hoc imitentur Bel-
 gae; solent enim dicere (non scribere, nisi quum
 familiarem sermonem in Comoediis exprimere sat-
 agunt) *ik ben 'er eweest*, *ik heb 't ekoft*. Se-
 F 2 quen-

quentia sunt *Hoofdii* in Aulularia Plauti belgice conversa: *annenomen* pro *aangenomen*; *Je hebt een doosjen* evonden; *'t is niit kwalyk* ejout; *ik hebt rains* evongen, pro *ik heb het zuiver* gevonden. (III) *Integrum* aliquando *augmentum* negligitur, praecipue Poëtis, βλησθαι, δεχθαι, αναλωσα, μνωτο, λυτο pro βεβλησθαι, δεδεχθαι, φηλωσα, μεμνωτο, ελελυτο &c. *Hy heeft zich mistelt* pro *misgetelt*, *doorziin* pro *doorgeziin* &c. Sic *omhelst* dicimus pro antiquato *geomhelst*. Sic *komen*, *gaan* est pro *gekomen*, *gegaan* in his: *Hy is komen ziin*, *wy zyn gaan hooren*, nisi pro infinitivo habenda sunt, ut cum dicimus: *Ik heb 't hem ziin doen*, *wy hebben u hooren zeggen*, *zy had zulx niit moeten doen*, qualia Alamannis quoque in usu sunt, qui praeterea saepius quam Belgae *augmentum* abjiciunt, praefertim in Carmine.

V I I I.

Composita (IIII) cum nominibus tam nobis quam Graecis *augmentum* a fronte gerunt: Φιλοσοφω, πεΦιλοσοφηκα, *ik filozofere*, *ik heb gefilozofeert*. Sic *muilbanden* in perfecto facit *ik heb gemuilbandt*; *blinthokken*, *geblinthakt*; *kielhalen*, *gekielbaalt*; *dootverwen*, *gedootverft*, *sed dootslaan*, *dootgeslagen*. (V) Cum praepositione juncta in medio augentur: προσκεκνηκα, *ik heb aangebeden*; συνακησαμεν, *wy hebben saamgewont*;

ωοοσι, *παραμεμενηκα*, *ik ben 'er bygebleven*. (VI) Aliqua utrobique cum augmento inveniuntur: *απελαυνω* facit *απηλαυνον* & *ηπελαυνον*; *εγγυαω*, *ηγγυησα* & *ενεγγυησα*; *εμπολαω*, *εμπεποληκα* & *ημποληκα*. Sic a verbo *bynamen* formamus *bygenaamt* & *gebynaamt*, quod posterius HOOFDIO magis placuit, item, *ik hebbe aangevaardt* & *geaanvaardt*. (VII) Alia augmento omni carent, ut *ηχρω*, *ευθυω*, *ουταζω*, & apud nos, quae incipiunt a *ge*, *be*, *her*, *mis*, *om*, *ont*, *ver* & *vol*, e. g. *geloofst* creditus, *belooft* promissus, *berdacht* recordatus, *misbruikt* abusus, *omheint* faeptus, *ontvallen* elapsus, *vertelt* narratus, *volprezen* laudatissimus. Quaedam tamen ex *om* vel *mis* composita augentur, sed tum aliam significationem induunt: *Hy heeft omgeven* circumdedit, *hy heeft omgegeven* distribuit. *Overwonnen* devictus, *overgewonnen* acquisitus. *Voorschreven* scriptum antea, *voorgeschreven* praescriptum. *De zon is ondergegaan* Sol occidit, *hy heeft het ondergaan* i. e. *onderstaan* fecit periculum. Nunc L. Ten KATE plura alia ante me observasse video Tom. I. de L. B. p. 534. 535. (VIII) Cum Jonibus Poetae pro augmento imperfecti posteriorem syllabam producant in *εσκον*, ut *τυπτεσκον*, *χρυσοσκον*, *δοσκον*, *στασσκον* pro *ετυπτον*, *εχρυσουον*, *εδων*, *εστην* &c. Idem nos facimus, namque imperfecta nostra *αναλογως* exeunt in augmentum *de* vel *te*, uti: *ik ben inde*, *hoarde*,
F 3 ze de,

zeide, schrapte, bakte, eifchte. (IX) Cum verbis Graecis, quae augmentum non recipiunt, qualia sunt *αω, εθυω, ηξεω, ιξεω, ουταζω, υβριζω, ωδω*, comparari possunt verba nostra, quae in *dden* vel *stten* exeuntia paragogen novae syllabae *de* vel *te* (quae veteribus semper, at hodie raro additur) respuunt, uti *schatten, spat-ten, schudden, schutten, spotten, zetten, brodden, kladden* &c. Hic & alia convenientia occurrit, quod in hujusmodi praesentibus & imperfectis tam apud Graecos quam Belgas quaedam personae nihil differant. Ita *υβριζεται, υβριζομεν* & *υβριζτε*, item *ηχεις, ηχει, ηχειτον, ηχομεν* contr. *ηχομεν, ηχεετε* & *ηχειτε* in utroque tempore habentur. Ik *schutte, wy schutten, gy schutten* vel *gy schuttet, zy schutten*; item *ik kladde, wy kladden, gy kladden* vel *gy kladdet, zy kladden*, praesentis & imperfecti temporis communia sunt.

V I I I I.

In ANOMALIS Verbis duo observabimus, quae potissimum huc quadrant; alterum de temporum quorundam defectu, alterum de illorum abundantia.

(I) Defectiva verba aliunde quaedam tempora mutuuntur, ut: ΦΕΡΩ fut. *οισω* capit ab obsoleto *οιω*. perf. Attic. *ετηνοχα* ab *ενεχω*, aor. *ηνεχα* & *ηνεχου* ab *ενεχω* &c. ΠΙΠΤΩ fut. *πτωτω* & perf.

πετ-

ΠΕΠΤΩΚΑ habet qs. a ΠΤΩ, & alterum ΠΕΣΟΥΜΑΙ ab inusitato ΠΕΤΩ. ΠΙΝΩ fut. med. ΠΙΟΥΜΑΙ, aor. 2. ΕΠΙΟΥ ab antiquato ΠΩ. perf. ΠΕΠΩΚΑ qs. a ΠΩ, unde futur. act. potius ΠΟΣΩ quam ΠΩΣΩ, quod Grammaticorum pueri volunt, formandum esse, disputat *H. Stephanus* in *Thef. L. Gr.* qui alterutrius tamen exemplum adhuc desiderari dicit. Jam procedat *Belga*: Is verbi *DEUGEN* i. e. *valere* imperf. *docht* format a veteri *dogen*; nec verbo *BARNEN* in alio tempore quam praesenti utitur, cetera autem ab usitato *Branden* mutuatur; item *WERKEN*, praeterquam quod regulariter conjugat, in imperf. effert per *wrocht*, & in part. *gewrocht*; similiter ab antiquo *Ik LIVE* (quod *Alamannis* hodieque est *Lieben* amare, unde subst. *liebe* Belg. *liefde*) retinuit infinit. *liven*, reliqua tempora capit e verbo *liefhebben* carum habere, vel ex alio *beminnen* amare; Imperf. verbi *ZIIN*, quod est *Ik zach* a prisco *zichen* habet. Addi possent plura, quae apud *Ten KATE* *Tom. L. p. 370.* reperiuntur.

(II.) In aliis Verbis quaedam tempora bifariam inveniuntur, cujusmodi sunt apud Graecos: TEAEΩ quod in fut. τελησω habet ac τελεσω. PEΩ, ερωσω & ρησω, hinc perf. ερωσεια vel ερωσηα. ΑΓΩ in perf. ηγα & αγηρα; apud *Belgas*: LIGGEN jacere, imperf. *ik lei* vel *ik lach*. GAAN ire, *ik hebbe gegaan* activa significatione,
ik

ik ben gegaan neutra sive absoluta. VOLGEN in perf. *ik heb gevolgt* imitatus sum, at *ik ben gevolgt* secutus sum. Plebejum autem est *ik heb geweest* loco τὸν *ik ben geweest* fui. VRAGEN interrogare, imperf. *ik vraagde* & *ik vroeg*. BEGINNEN incipere, *ik begon*, *ik begonst* veteribus *begonst*, & part. *begonnen*, & *begonst* quod raram. KONNEN posse, *ik kon*, *ik konde*, *ik kost* poteram; *ik heb kunnen*, *ik heb gekonnen*, *ik heb gekost* potui. Etc.

X.

Ceterum, quod Optativo modo careant verba Belgica, non magis harum linguarum cognationem tollit, quam illius defectus in Latino sermone arguere possit, eum ex Aeolica dialecto non esse ortum: parili etiam ratione negandum esset, hodiernae linguae Graecae originem ex veteri repetendam, quia (testibus Jac. SPONIO & Georg. WHELERO II. Tom. *Itinerarii* in Graeciam, p. m. 230.) infinitivo careat, namque e. g. pro ποτιζειν dicunt *na potizo*, corrupte ex *iva ποτιζω*. Idem iudicium esto de *Verbis Contractis*, ut vocantur. Attamen, praeterquam quod tota natio Ionica iis non sit usa, ut ita hac in re Belgica lingua Atticae quidem dissimilis, sed Graecae κοινή similis maneat; possumus Belgica verba, quae contrahantur, proferre. Sint ea: *ik doode*, *ik doo* interficio; *gy*, *hy* (*xy*, *het*)
do-

doodet vel *doodt*, necas (vel necatis), necat, *ωγ*, *zy dooden* vel *doon*, necamus, necant. *Ik bevrÿde*, *bevrÿe*, *bevrÿ* libero: *ωγ*, *zy bevrÿden*, *bevrÿen*, *bevrÿ'n* liberamus, liberant. Partic. est *bevrÿdet* & *bevrÿdt* liberatus. *Bevrÿ'n* autem durius est & extra usum, nisi apud Poëtas, quibus tamen *bevrÿnde* pro *bevrÿende* seu *bevrÿdende* uti non licet; quemadmodum nec ipsi Attici *πλουμεν* aut *πλουσι* aut *επλουν* dicere audebant pro *πλεομεν*, *πλεουσι*, *επλεον* &c. Adde Cap. III. § VIII.

X I.

Flexiones quoque verborum Graecos inter ac Belgas multum adfinitatis habent. (I.) Praesentia Indicativi semper *αιαλογως* in vocalem exeunt: *τυπῶ* verbero *ik sta*, *ειδῶ* video *ik zi*, *τιθημι* pono *ik zette*; quod plerisque Imperativis pariter accidit: *τυπῆς* verbera *sta*, *ιδε* vide *zi*, *ισα* *sta sta*, *ποιεε*, *ποιει* face *doe*. (II.) Prima & tertia pluralis ut plurimum in N desinunt: *τυπιομεν* *ωγ slaan*, sed Latini retinent prius M, verberamus, *ειδομεν* *ωγ ziin* videmus, *τιθεμεν* *ωγ zetten* ponimus; *ετυπτον*, *ετυσαν* *zy sloegen* verberabant, verberaverunt &c. Latinum vero *nous* videtur ortum ex Dorico *ετυσαμεε*, *ετυπομεε*, unde auctor *Novae Meth. Gr.* p. 142. derivat Gallica, *nous allâmes*. *nous batîmes*, *nous sîmes*. (III.) Secundae pluralis tam in praesenti Indicativi atque Imperativi (nam similes sunt

G

utro.

utrobique, ut apud Latinos in passivo *amare* & *amamini* & Indicat. & Imperat. communes sunt) quam in aliis temporibus fere omnibus, character est T: τιματε *gy eert* honoratis, vel *eert* honorate, τυπτετε (*gy*) *staat* verberatis, verberate; επιδειτε *gy beminde* amabatis; ποιησατε *gy dedet* contr. *gy deede* fecistis, &c. Idem auctor p. 272. ait: *Αυ εσε seu ετε Gallica* vous êtes *sive* vous estes *derivanda videntur*, & pag. 274. *Αβ εσον aut ετον deducta videntur* nous étions, & *αβ ημεσ nous fumes*. (IIII.) De Infinitivi terminatione pro me loquentur Clariss. SALMASII *manes de Hellen.* pag. 378, 379. " Persica quoque
 ,, sive Parthica, quae & ipsa auctores originis
 ,, habuit Scythas, (*Σκυτης autem, Γετης & Γοτ-*
 ,, *θ*) ipsi idem est p. 368. f.) infinitas praefert
 ,, voces, quae eadem reperiuntur in *Graeca*
 ,, pariter dialecto & in *Teutonica*. Flexiones
 ,, verborum in his tribus linguis eadem sunt,
 ,, compositiones nominum & alia plurima. Do-
 ,, res enim γοαφεν (*schryven*), λεγεν (*lezen*),
 ,, σπειρεν (*zajen*) dicebant, quae terminatio
 ,, est verborum Persicorum & Germanicorum
 ,, (*schreiben, lesen, saen*). Aeoles quoque qui
 ,, τιμην (*eeren*) pro τιμαν dicebant, eandem
 ,, pronuntiationem videri debent habuisse. Nam
 ,, tunc temporis ην pronuntiabant ut εεν, quate-
 ,, nus Ητα duplex ε sonat. Lacones quoque
 ,, επιβερεν (*orbeuren*) scribebant pro επιφερειν,
 ,, διδακκην (*leeren*) pro διδασκειν, quod ita effe-
 re-

„ rebant, acsi επιΦερεεν & διδασκεεν scriptum fo-
 „ ret. Vetusissima haec omnium verborum
 „ apud Graecos inflexio Germanicis, hoc est
 „ Scythicis ac Persicis consimilis.” Uncinulis,
 B. L. inclusimus, quae explicationis gratia ad-
 denda duximus.

X I I.

Tandem aliquid de PARTICIPIIS adjicia-
 mus, nam, quomodo nostri cum Graecis Lati-
 norum Gerundia & Supina per Infinitivum vel
 Participium reddant, in Syntaxi dicemus.
 (I) Praesentis temporis participia nobis in NDE
 vel NT exeunt, quas literas itidem in Graeco-
 rum Latinorumque participiorum inflexione con-
 spicimus. E. g. τυπῶν *staant*, *staande*, τυ-
 πτοῦν⊕, τυπτοῦν⊕ &c. *verberantis*, *verberantes*.
 ND habent Latini in *amandus*-& Gerund. *aman-*
di &c. (II) Nulla lingua aequè feliciter atque
 nostra Graecorum participiorum varietatem ex-
 primere potest. V. C. τυπῶν *staande*, τετυ-
 φως *hebbende geslagen gehad*, τυψας, τυπῶν *heb-*
bende geslagen, τυψῶν, τυπῶν *zullende vel wil-*
lende slaan, staande te slaan. τυπτομεν⊕ *wor-*
dende geslagen, τετυμμεν⊕ *zynde geslagen ge-*
weest vel geworden, τυφθεις, τυπεις *geslagen, vel*
zynde geslagen, vel wezende geslagen, τυφθησο-
μεν⊕, τυπησομεν⊕ willende vel zullende gesla-
gen worden, τετυψομεν⊕ *staande geslagen te*
worden. (III.) Duo autem inveni, quae nondum

schriftverdrajing maligna scripti interpretatio.
schriftuurverdrajer malignus S. S. interpres.

Schriftverdrajing maligna S. S. interpretatio.

Schriftuurverklaorder commentator in S. S.

Schriftuurverklaring commentatio in S. S.

Schriftuurwet lex sacri Codicis.

257. *Schriftwifseling* bellum, certamen litterarium.

(VIII.) In quibus *Schryf* aut *Schryver* praedicatum seu adjunctum est.

Schryfaart genus scribendi, stilus: familia sunt
Schryfmanier, *Schryfstyl*, *Schryfwyze*.

Schryfalmanak fasti puris foliis distincti.

Schryfsamt, *Schryversamt* munus scribae vel scribendi.

Schryfbank scamnum scribentium, dim. *Schryfbankje*.

Schryfdiamant adamas ligno inclusus, quo ad vitra secanda utuntur vitriarii.

Schryfboek chartae purae, dimin. *Schryfboekje*.

Schryfboekzaal Meijero Cancellaria.

Schryfboort theca scriptoria, dimin. *Schryfbortje*.

Schryfdienst, *Schryversdienst* officium scribae vel scribendi.

275. *Schryfsaisch* mensa ad scribendum apta.

Schryffout error scribae, dimin. *Schryffoutje*.

Schryfgetouwe, *Schryfgetuig* Kiliano theca calamarum.

Schryfgout color aureus atramenti vice.

Schryfbaak eid, norma, regula &c.

282. *Schryfsinkt* atramentum scriptorium.

Schryf-

Schryffjonge, *schryffklerk*, *schryffknecht amanuensis*.
schryffkamer tabularium, tablinum, dimin. *schryff-*
kamertje.

Schryffkantoor conclave ad scribendum accommo-
 datum, hinc *schryffkantaortje*.

(*schryffklerk*, *schryffknecht* vide *schryffjonge*.)

290. *schryffkaker Kil*, theca scriptoria.

schryffkunst ars scribendi, hinc *schryffkonnenaar*.

schryffkunde scribendi peritia, hinc *schryffkundig*.

schryfflade Kil. graphiarium, dimin. *schryfflaadje*.

schryfflei tabula scriptoria, dimin. *schryffleestje*.

schryfflessenaar pluteus. *schryffletter* litterae forma
 prout scribitur.

301. *schryffloon*, *schryffversloen* merces scribae.

schryfflust scribendi libido.

(*schryffmanier* vide *schryffaart*.)

schryffmeester qui scribere docet, dimin.

schryffmeestertje: femin. *schryffmeesteres*: adj.

schryffmeesterachtig γεωμετρικῶν vel κεκασ-
 γεωφθήμενος.

schryffmesken Kiliano cultellus scriptorius.

schryffoefening scribendi exercitium.

310. *schryffpapier* charta, papyrus.

schryffpen penna scriptoria.

schryffplaats locus ad scribendum.

schryff- vel *schryffversplicht* officium scribendi aut
 scribae.

schryffpriem Kiliano stilus, graphium.

schryffschacht calamus scriptorius.

schryffschali Kil. palimpsestus.

Schryffschool Schola in qua pueruli scribere docentur.

schryffstof scribendi materia.

(*schryffstyl* vide *schryfaart* supra.)

320. *schryftaak* pensum quod cui scribendum injungitur.

schryftaal sermo scribentium oppositus plebejo.

schryftafel tabula scriptoria. *schryftafeltje* & *schryftafelken* pugillares, triplices.

schryfsteeken nota scriptoria.

(*schryfstuig* arma, instrumenta scriptoria.)

schryfveder penna scriptoria.

schryfwerk quod scribendum est.

(*schryfweyze* vide supra *schryfaart*.)

schryfzaal (idem ac *schryfboekzaal*) tabularium.

schryfzant arena siccandis chartis.

schryfziik, *schryfzuchtig* scribendi cupidissimus.

schryfziikte, *schryfzucht* cupido scribendi.

333. *schryversziikte* morbus scribarum proprius.

(x.) Utrimque composita.

onschriftmatig, *onschriftuurlyk* non conveniens scripto aut S. S.

boekschryversamt munus scriptoris, auctoris.

gedenkschriftopsteller commentariorum confector.

geheimschryfkamer Meijerd quod vulgo *Sekretary*.

geheimschryversamt vel *plicht* munus scribae.

geschichtschryfkunde historiographia Meijero.

hantschriftontkenner qui manum s. syngrapham abnegat.

's Ryx-

's Ryxſchryfkamer vulgo Cancellaria.

Statsſchryfkamer Meijero pro Secretary.

345. toſſchryverſhuisje taberna publicani. &c.

Hic ſubſtitimus, quoniam ſimilium compoſitorum finis non foret. Interim ex illis, quae ſpeciminis loco hic proferimus, ſatis noſtrae linguae copia, vis atque elegantia adparere poſſunt, & quomodo Graecanicam vocum compoſitionem aemulemur & aequemus.

CAPUT SEPTIMUM,

de Metaplaſmi Dialectorumque ſimilitudine in ambabus linguis.

P R O O E M I U M.

Omnibus ubique linguis ſuas aequae ac Graecanae eſſe Dialectos variumque vocum quarumdam Metaplaſmum, nullus equidem nego; ſed hic probandum mihi ſumo, Graecos populos ſimillima ratione communis linguae voces variaſſe, qua hodie Germani utriusque ſuas variant. Praemoneo autem, Metaplaſmum qui vulgo dicitur *transformatio eſſe unius diſtinctionis in Carmine*, hoc loco generaliter nobis illas quoque vocum immutationes comprehendere, quae extra Carmen vel in communi lingua locum habent, vel
in

in aliqua dialecto tantum inveniuntur. Non tamen omnes minutias persequar, sed summa legam vestigia rerum. Ut igitur ordine procedam, sex classes pro variis in utroque sermone dictionum accidentibus constituam. *Prima* Μεταθεσις tractabit: *altera* Αντιθεσις: *tertia* litterae aut litterarum additionem: *quarta* detractionem: *quinta* voces communes alio vel insolito sensu sumtas: *sexta* voces novas atque unius alteriusve Dialecti proprias.

I.

Μεταθεσις seu *transpositio* litterae caninae utrobique in multis vocibus obtinet. Apud Graecos invenies *δαρτα* & *ερατα* *facta*, *καρδια* & *κεαδια* *cor*, *καρτος* & *κεατος* *robar*, *πιπτρις* & *πειτρις* *pistris* vel *pristis*, *αριθμος* Aeol. pro *αριθμος* numerus: apud Belgas *born* & *bron* fons, Alam. *born* & *brun*, *gort* & *grat* Alam. *gruetze* alica, *nootdrust* & *nootdurst* Alam. *rothdurst* indigentia, *Amstelredam* vet. pro *Amstelerdam*, quod nunc per syncopen *Amsterdam*, *eenre* vet. pro *eenre* unius, quod dicographis hodieque in usu est, cum scribunt *tusschen* N. N. *ter eenre en* N. N. *ter andere zyde*, *barnen* & *branden* Alam. *brennen* urete, ardere, hinc Belgicum *barnmetel* Alamannis est *brennessel* urtica. Quae metathesis hujus litterae in aliis quoque Germanorum vocibus visitur, v. g. *korst*, *krust* *crusta*; *borst*, *brust* *pectus*; *vreezen*, *fuerchten* *vereri*; *godsvruchtig*, *gottesfuerchtig* *Deum colens*, *pius*; &c.

II.

I I.

De Αντιθεσει five Αντιστοιχω plura dicenda erunt, quoniam haec figura (Diomedii *Communitatio* dicta) omnium frequentissima est in Dialectis. (I) Principio occurrit Doricum α pro communi η aut ε in ἀμερα, φαμα, ματηρ, αι, τραχω, ἀτερος pro ἡμερα, Φημη, μητηρ, ει, τρεχω, ἑτερος. Sic nostrates non tantum in carmine sed & prosa oratione *slak* pro *slek*, *smart* pro *smert*, *dattig* pro *dertig*, *vlak* pro *ulek*, *warelt* pro *weerelt*, *spanen* (quod tamen duriusculum) pro *spenen* scribunt & dicunt. (II) Iones contra plerumque η pro α substituebant: μουση, ιστορη, βουλομενησι aut poetice βουλομενης pro μουσα, ιστορια, βουλομεναις &c. quomodo Kilianus & alii malunt *kemmen*; *peert*; *weerdig*, *veerdig*, *rechtveerdig*, *scheer* pro *kammen*, *paart*, *waardig*, *vaardig*, *rechtvaardig*, *schaar*; Alamanni in his similiter E habent; nam scribunt *kemmen*, *psferd*; *werth*, *fertig*, *rechtsfertig*, *scheere*. Venerando DINANTIO τῶν ἐν ἀγίοις visum est ae eum sonum optime exprimere; quare placuit ei scribere *paert*; *waerdig*, *waerelt*, *vaerdig*; *rechtvaerdig* &c. Ceterum nostratia *paart*, *waard g*, *vaardig* &c haud iuste quibusdam πλατειαζειν videri; in praefatione ex Dionysio docuimus. Plebejum est *dreegen* pro *dragen*: (III) Aedolice I pro Y usurpatur: ἕψοθεν, ἵπαρ, τριζω pro ὑψοθεν, ὑπαρ *vera wissa*, τριζω.

N

· τρυζω. Hos vulgus Rotterodamum imitatur in *stik, pit, viir, virige* pro *stuk, put, viur, vurige*. Huc refero Selandorum Brabantiorumque pronuntiationem vocalis Belgicae Y, de qua II. Cap. § III. p. 33. (III) Atticos ταν pro σιγμα in multis extulisse quis nescit? qua de re LUCIANI lusus festivissimus, quem ΔΙΚΗΝ ΦΩΝΗΕΝΤΩΝ sive *Judicium Vocalium* inscripsit, legi meretur. Ubi proferuntur τετραρακοντα, τημερον, κατλιτερον, κατλυμα, πιτλα, βασιλιτλα &c. pro τεσσαρακοντα, σημερον, κασσιτερον, κασσυμα, πισσα, βασιλισσα. Idem faciunt Germaniae inferioris cives, qui T amant, ubi ceteri S habent. E. g. Belgica sunt: *dat, wat, water, nat, vatten, gemiten, maat, moeten, eten* &c. Teutonica *das, was, wasser, nass, fassen, geniefszen, maass, muessen, essen*. Immo & Attici & Belgae T pro Z substituunt: illi pro συριζειν, σαλπιζειν, γρυζειν (quae *Lucianus* ibid. adfert) pronuntiabant συριτλειν, σαλπιττειν. Utrum vero γρυτλειν an γρυτειν dixerint, me fugit; sed posterius crediderim: hi *tiin* dicunt pro Alamannico *zehn* decem, unde *twintig, dertig, veertig* &c. pro *zwanzig, dreiszig, viertzig*; item *tang, toe* vel *te, twyfelan* &c. pro quibus Alamanni habent *zang, zu, zweifelen* &c. Similiter δ pro ζ in κνιδη pro κνιζα, uti nostri *dwang* pro Teutonico *zwang*.

(v.) Attici non pro εε tantum in contrahendo plerumque ει habent, ut βασιλεις pro βασιλεες.

ΕΠΘ-

ΕΠΟΙΕΙΣ pro ΕΠΟΙΕΕΣ, sed quod magis huc quadrat, in quibusdam ΕΙ pro Η aut η, in aliis Η aut η pro ΕΙ substituebant: e. g. κειρουλος pro κηρουλος, βουλει, οiei, τεθνηξει, οψει, pro βουλη, οiη, τεθνηξει, οψη, & βασιλης vel βασιλης pro βασιλειΣ, Αχαρνης vel Αχαρνης pro ΑχαρνεiΣ ap. Aristoph. Belgis itidem promiscue usurpatur ΕΕ & ΕΙ, ubi Teutoni ΕΙ habent, e. g. *kleen* & *klein* Teut. *klein*, *kleet* Teut. *kleid*, *leet* T. *leid*, *gemeente* & *gemeinte* T. *gemeine*, *meenen* & *meinen* Teut. *meynen*, *deelen* & *deilen* T. *theilen*, *eenige* T. *einige*, *heelen* T. *heilen*, unde *Heilant* servator. Cujusmodi pleraque vulgus Amstelodamense per longum I effert h. m. *kliin*, *biin*, *minen*, *stiin*, *biist* &c. pro *kleen*, *been*, *meenen*, *steen*, *beest* &c. quam vocalem *i* interdum cum Ionibus in locum τϛ Ε substituit, ut *in*, *binje* ap. Brederode pro *en* (&), *benje* (efne): *ιστιη*, *επισι* ⊕ Ion: pro *εσια*, *εφεσι* ⊕; ita & Cretes *ιν* pro *εν* vel *εσ* dicebant, & Attici *οδι* pro *οδς*. (VI.) Nihil communius in Germanorum lingua, quam Aeolicus usus τϛ ϕ pro χ, qui *αυφην* dicebant pro *αυχην*, quemadmodum ex *εχις* factum esse *οφις*, judicat Wellerus: Namque non modo majores nostri (quorum instar omnium HOOFDIUS sit in *vita Henr.*) pro *kracht*, *gracht*, *verkocht*, *nichte*, *sicht*, *zacht*, *echter*, *achter* &c. habebant *kraft*, *grast*, *verkost*, *nifte*, *seift*, *zast*, *ester*, *after*, sed & Rotterodammorum aliqui ita loqui amant, & Teutones constanter dicunt *kraft*,

verkauft, stift, after &c. (VII.) Notissima est litterarum tenuium, adspiratarum & mediarum commutatio, praesertim in verbis, de quibus Cap. III. p. 65. 66. egimus. Hic usum τσ κ pro Γ tantum memorabimus in his: κναφευς, κναφαλλον, καμψος &c. pro γναφευς, γναφαλλον, γαμψος. Quomodo nos ευφωνιας ενεκα saepe *Konink, Koninklyk, jonkheit, lenkte* & alia dicimus pro *Koning, Koninglyk, jongheit, lengte*. Vide Vener. NYLOE pag. 41. 42. & 131. & Monianae Orthogr. propugnatores pag. 54. sq. Teutones promiscue *glocke & klocke, gutsche & kutsche* scribunt. Galli autem nostrum *achtentachtig βαρβαρικως* efferunt per *akkentakcentik*. (VIII.) Nimis longum foret omnes litteras & diphthongos persequi, quare coronidis loco pauca adjungemus, quae maxime Graecanici & Belgici Metaplasmii convenientiam demonstrant:

Sumitur O pro A in Att. *μολοχη*, Aeol. *εροτος, ονω, κοππα*, Poët. *ορω* pro *μολαχη, ερατος, ανω, καππα, οραω*. Sic vulgo *docht* pro *dacht, brochten* pro *brachten*, & apud plebeculam nostrae urbis *rocht, geslagen, gedrogen* pro *raakte, geslagen, gedragen* audias. Of pro af poëticum ap. Hoogstratanum in Belg. Phaedro, Prolog. III. Libri. Sic *Vondelius* Aeneid. I. v. 13. *di zoer veel in oorloge overbracht* pro *querbracht* &c.

O pro E in Att. *πεπομφα*, Dor. *λαβον*, Aeol. *οιδασθα* pro *πεπεμφα, λαβε, ειδησθα*, (ut Latini

nun

num *bonus* pro veteri *benus*:) item in Belgicis *verworpelyk* pro *verwerpelyk*, *ontfangen*, *ontbinden*, *ontvreemden* pro Alam. *empfangen*, *entbinden*, *entfremden*, *ik kon* pro *ik kende* *noveram*, &c.

O contra in E mutatur a Dorib. *ανδρεπον* pro *ανδρσπον* & Aeol. *πρες* pro *προς* dicentibus: nos *gesteken*, *ontsteken*, *wert*, *werden*, *bert*, *verby* habemus pro rectis *gestoken*, *ontstoken*, *wort*, *worden*, *bort*, *voorby* &c.

Y pro Λ habuere Cretenses in *αυσοσ*, *αυκιονα*, *αυκαυ* pro *αλσοσ*, *αλκιονα*, *αλκην*, ut Hesychius docet. Sed pro *αλσοσ* in prima omnium editione male legitur *αλοσ*. Similiter Teuton. *gold*, *holtz*, *walt*, *kalt* &c. a Batavis redduntur per *gout*, *hout*, *wout*, *kout*. Sic & Galli *mol*, *col*, *sol*, *licol* pronuntiant tamquam *μου*, *κου*, *σου*, *λικου*.

A in Ω vertunt Brabantii, dum *moor*, *stooltje*, *boor*, *gerookt* ex illis audies pro *maar*, *staaltje*, *haar*, *geraakt* &c. Sic Att. *κρωζω*, Ion. *χρειω*, Boeot. *ωρισος*, Poët. *δρω* sunt pro *κρωζω*, *χρεια*, *αρισος*, *δρω*.

Y pro O. *παρωνυμος* ex *παρα* & *ονομα* quod Aeol. *ονυμα*, ut *υμοιος* pro *ομοιος*. Sic a Graeco *κομμα* aut Germ. *gom* est Latinorum *gummi* &c. Belgice *burger* & *borger* civis, *verburgen* & *verborgen* absconditus, *bedurven* & *bedorven*, *wurgen* & *worgen* dicimus. Confer quae diximus Cap. II. p. 32. de O leni.

Ω Doribus in EY, Syracusanis in OI mutabatur, ut *εξοι* pro *εξω*, *ηγαπευν* pro *ηγαπων*. Parili modo Poëtae cum Rotterodamis *deur*, *zeun*, *meugen*, *steuren* &c. usurpant pro *door*, *zoon*, *mogen*, *storen*.

III.

ADDITIO litterae unius aut plurium ab initio fit, in medio aut a fine. (I) Ut Ionibus, Poëtis atque aliis in usu fuit *κατ' αναδ.πλωσιν* priorem verborum litteram, ac si augmentum esset, repetere ut: *πεπιθησω*, *νενημι*, *λελαχωσι*, *τετελειμι* pro *πιθησω*, *νοew*, *λαχωσι*, *τετλημι*, ita nos *geheugen*, *gedenken*, *gewachten* dicimus aliquando pro *heugen*, *denken*, *wachten*, nam nostrum *ge* augmenti loco est, vide Cap. III. § VII. p. 67. Similia sunt in Graeco *ετυτυμον*, *αταστηρος*, *εδαπεδον* pro *ετυμον*, *αστηρος*, *εαπεδον*: in Belgico *gevolgzaam*, *gebroeders*, *gezusters*, *gewis* pro *volgzaam*, *broeders*, *zusters*, *wis* &c. Huc quadrat Brabant. *ek ik* vel *ik kik* pro *ik*. Alia *προσθεσεως* Graecanicae exempla non lubet jam adferre; sed dammandus illorum inter Hollandos barbarismus, qui *nemmer*, *noom*, *naars*, *naam* &c. dicunt pro *emmer*, *boom*, *aars*, *aam*. *Nave* tamen & *ave*, *naak* & *aak*, Alam. *pachen* & *acben*, *nyver* & *yver*, *nyverig* & *yverig* & fortasse pauca alia, utroque modo recte efferuntur. (II.) Cum Aeolibus Selandi adspirationem initio vocum fere negligunt. Illi *αμα*
λος

λος, ηλιος, ημας, απηκε mahuerunt quam αμαλιος, ηλιος, ημας, αφηκε: hi eer, eerlyk; aas, onders dicunt pro heer, heerlyk, baas, bondert. Quod vitium quamdam matronam dicitur omnium risui exposuisse, quum pudicitiam insciens venum inscripsisset pro praedio: namque in programmate legebantur haec aut familia verba: *de eerlykheit (pro heerlykheit) van Mevrouwwe te koop*. Itali & Galli eodem morbo laborant in nostris aut Teutonum vocibus pronuntiandis. Nam quod idem in sua lingua faciunt, nihil ad nos. (III.) Per ΕΠΕΝΘΕΣΙΝ vocales breves interdum Belgis fiunt longae, ut *vremt & vreemt, vrint & vriint*; sic pro recta Rotterodamorum pronuntiatione in *scheren, zweren, storen, wonen &c.* Kilianus natione Brabantius (ni fallor) & alii scribunt *scheeren, zweeren, stooren, woonen*; de quo abusu L. Ten KATE ample agit. Ita vetera & Poëtica sunt *koom, vervaat, van veer &c.* pro *kem, veruat, van verre*. Jam videamus similia apud Graecos: ηδυναμην Att. ἤθησαντο Ion. Ἀχιλλῆος Aeol. δῶ Att. ὠρος Dor. δῶ Poët. &c. pro εδυναμην, εθησαντο, Ἀχιλλεῶ, δυο, ορος, δω. (IIII) Interdum alia vocalis inferitur, ut *ξεινος, κεινος, εινεκα, πουλυς, μουνος, νουσος* pro *ξενος, κενος, ενεκα, πολυς, μονος, νοσος*: *wenig* pro Teuton. *wenig, koegel & kogel, einde* vel *ende* finis, *houwelyk & huwelyk* conjugium, *jai* pro *gy* vel *u*, *entlyk* vel *eindelyk* tandem, *zy woegen & wogen* librabant. (V) Consonan-

sonantes a Doribus & Poëtis saepe geminantur; ut in *ελλαχε, ότι, μεσσον, αδδην, εννεπε, όποτε*. Idem vulgus Hollandorum facit in *botter, werrelt, mennigeen, tooneel* pro *boter, weerelt, meenigeen, tooneel*. *Godeloos* autem pro *godeloos* constanti usu receptum. Adde poëtica ex Libro III. Cap. I. § III. (VI.) *Πτολις & πτολεμος* inserto T conveniunt cum nostro *stroop* pro *siroop*, *deinzen* pro *deizen* cum *ορνω* pro *ορνω*. (VII.) De *παραγωγη* unius N addam, nihil utrobique frequentius esse, praesertim sequente vocali aut adspirata H. e. g. *πασιν ευχαρις, εδοξεν οι, λογοισιν, μουσαισιν, εγων*. Eodem modo cum vulgo *den arent, den Apostel Paulus, den hemel, den Heer* casu recto dicimus, etsi scribendum ubique *de*. Similia sunt *ik leerden hem, gy behoorden anders te schryven* pro *ik leerde, gy behoordet*, quo vitio pueri quoque nostrates laborare solent in Latinis vocibus. Tamen *ευφωνικα* hoc tribuendum, ut scribamus: *In Italiens Rome de ontzachelykste stat, en binnen Romen eert men den Paus*, quae exempla NYLOE adfert p. 87. Huc adde § II. capitis V. p. 78.

III.

Jam de figuris agendum, quae sunt DE-TRACTIONE. (I.) Prima est *Αφαρσεις* vel augmenti, de qua Cap. III. p. 67. 68. vel alius litterae aut syllabae: *ωνυμον, όρτη, κειν* &

& λω Doricum pro ανωνυμος, εορτη, εκεινος, θελω; & nostra doch, maar, geene pro antiquatis edoch, nemaar, egeen seu n'geen. Hoeven, hoo-ven, wyten, story, lukken &c. pro behoeven, behooren, verwyten, histori, gelukken.

(II.) Ut Attici spiritum asperum praefigentes ελιξ, αθρους, αμαξα & alia pro ελιξ, αθρους, αμαξα dixerunt, sic Brabantii eorumque in multis ομογλωσσοι Selandi & Gaudani haas, beer, Hantwerpen, hontfanger, hacht, helle &c. pessimo abusu pronuntiant pro aas, eer, Antwerpen, ontfanger, acht, elle. Lubet hic adscribere locum Rever. GARGONI ex Arcadia Valachrica I. P. p. 168. " Zoo haast zy binnen, en
 33 op eene ruime voorkamer waren, kwam een aar-
 33 dig en op zyn boers net gekleedt meisje vragen,
 33 of zy haanftonts et heten zoude hopbrengeu,
 33 voegende daar by, zo julder belijft, ik zal ik
 33 et alen, & p. 199. " Noch ware het te verge-
 33 ven, dat Boerinnen zoo spreken, maar ik hoor
 33 dat zelfs Predikanten dikwyls di taal gebrui-
 33 ken; en my is verhaalt dat 'er een zeide: heen
 33 eel eirleger van emelsche hengelen. " Unde hoc vitium. ibidem suavissime doetur; sicuti totum opusculum eruditione jucunda refertum est: an a Romanis, rogat auctor? quorum aliqui Harena, kolus, Hetruria, Hastia &c. dicere malebant; sed & contra vulgo audiebatur ortus, ordeum, aruspex, arundo, Annibal absque adspiratione, de quibus jam alii egerunt. Nos contra



trarium Selandorum abufum notabimus § III. (II.)

(III) Συγκοπης haec exempla sunt: καλιον, ζατον, σκηπτον, καμορος, δασκιος pro καλλιον, ζατλον, σκηπτρον, κακομορος, δασυτκιος: *veivatten*, *boogaart*, *welbore mannen*, *Amsterdam*, *hylyk*, *beschuldiging*, *bevesting*, *verniting*, *vermeenigvuldiging*, *verontwaardiging* pro *vervatten*, *boungaart*, *welgebore mannen*, *Amstelerdam*, *huwelyk*, *beschuldiging*, *bevestiging*, *vernitiging*, *vermeenigvuldiging*, *verontwaardiging*, cujusmodi in *ing* pro *iging* a verbis in *igen* exeuntibus multa in Belgica Bibliorum versione occurrunt.

(IIII) Αποκοπη, quae litteram aut syllabam a fine detrahit, Graecis Belgisque familiarior quam Latinis, de quorum vocibus truncatis legi meretur Clariss. HESSELIUS ad Ennii fragmenta p. 75. ubi & Graeca multa occurrunt. At SALMASIUS δ πανν de Hellenist. p. 390. 391. αλφι, επι, ηλ, ρα, εται, λι &c. pro αλφιτον, εριον, ηλος, ραδιον, εταιρι, λιαν falso κατ' ιαποκοπην εξετηνεχθαι notasse Grammaticos contendit, sed antiqua esse vocabula & fortasse Scythica vel Thracica, quae recens Hellenismus additis syllabis protraxerit. Vera tamen αποκοπη nobis videtur statuenda tum in Graecis: *πρω*, *παρ*, *κικω*, *ιδρω*, *κερα* pro *πρωι*, *παρα*, *κικωναι*, *ιδρωτα*, *κερατα*; tum in Belgicis: *zus*, *gena*, *boe*, *moe*, *kon*, *hy zei*, *de mannen* pro *zuster*, *genade*, *bode*, *moede*, *konde*, *zeide*, *den mannen in dat. wa* Brabant. pro *wat*. Ad detractionem referimus

rimus Apostrophi notam, quae quadrupliciter usu venit. (1) Posterior vocalis ob priorem sequentis eliditur, e. g. *Anacr.* Oda XIII.

Ἐβαλλ'. εγω δ' εφευγον. 'Ως δ' ειχ' οϊσας,
 Ησχαλλεν, ειθ' εαυτον Αφηκεν εις βελεμνον
 Μεσος δε καρδιης μευ Εδυνε και μ' ελυσε.

pro εβαλλε, δε, ειτι, ειχε, ειτα, με.

Ita nos *zy* vel *ze*, *my* vel *me*, *gy* vel *ge* &c. *te*, *de* &c. saepe cum apostropha scribimus. sic: *z'*, *m'*, *g'*, *t'*, *d'*, E. G. *Z' is d'allerbeste, di ik t'huis kon vinden. Ik behoeu, ik vlecht, ik bemin'* pro subiectivis *ik behoeve, vlechte, beminne* &c. In articulo feminino *een* pro *eene* fere negligitur illa nota; tum Poëtarum multo maxima pars E finale scribit, quamvis cum sequente vocali colliquefcat. Exemplo sit Doctiss. A R- K E L I I, cujus immaturum obitum ante quinquennium cum bonis omnibus luximus, Epigramma quod in primario hujus urbis Pharmacopolio legitur:

Veracht geen mineraal, gewas of drogerijen:

GOD schiepze uit d'aurde als nutte en heilzame artsenjen

Ten diinst der waggelende en leeme lichaams hut.

Gebruiktze in zwakbest, ziekte en noot tot eenen stut,

Maar altyt ziinde op Hem, di om Natuur te sterken,

Door kunst en kracht van Arts en middelen wil werken.

O 2

Quod

Quod si apostrophos malimus, quatuor medii
versus sic scribendi:

GOD schiipz' uit d'aard' als nutt' en beilzam' artsenyen
Ten diinst der waggelend' en leeme lichaams bus.

Gebruitz' in zwakheit, ziikt' en noot tot eenen stut;
Maar altyd ziind' op Hem enz.

(2.) Aliquando apostrophus ante frequentem mu-
tam notatur, uti ap. Lucian. παρ' ἑσῶ, aut ap.
nos: *Ik voel geen' stryt in myn' geest pro geenem,
synen.* (3) Ab initio vocis notatur vocalis rejecta,
ut ω πολλῶ, ω γαθε Lucian; τα μετωπα μου πικ-
καιει, item καταβαιντι μη αναβαιναι Anacr. Barnes.
η 'ς ονου ποκας; η 'ς κερβεριους; η 'ς κορκακας; η 'πι
Ταιναρον; Aristoph. pro ω Απολλῶ, ω αγαθε, επι-
κκαιει, αναβαιναι, εις, επι &c. sic nos: *'k ben nitt
gewent, hy's een goet man, 's morgens is 't best,
zoo z'er geweest zyn pro ik ben, hy is, des mor-
gens is het best, zoo ze 'er vel zoo zy daar &c.*
sine apostropho habet BREDERODE roepjem
pro roepje hem i. e. roept gy hem. (4) Ambae
vocales aliquando per crasin in unam coalescunt,
ut κκγω pro και εγω, εγωμαι pro εγω οιμαι &c.
quomodo in FRANCII praef. p. 10. invenio,
nu vint m' 'er nitt alleen deugt pro men 'er vel
men daar, & in Orat. ipsa p. 20. Om dat ω 'er
inlats van gesproken hebben.

V.

Vocabula quae alio significatu in aliqua Dialecto veniunt, quam in communi lingua, aliquot ex Jac. ZUINGERI Dialectorum Omnium Synopsi exhibebimus, quibus Germanica exempla subijciemus. Attici τεχνας artes mechanicas vocant, quum generatim quaelibet artes sic dicantur. Aeolibus εαλιγνος valet *dolor*, ceteris *gutta*. Cretenses δοραυ, quod vulgo *pellem* denotat, *trabem* adpellant. Cypriorum lingua κεραμος *carcerem* significat, communi *regulam*. Doriensibus κνυζουυ est *radere*, aliis *deturpare*. Tarentini γαιος pro *mercede*, reliqui pro *colono* usurpabant &c. Plura & illic & in ejusdem *Dialectorum Graecarum Hypotyposi*, ne alios memorem, occurrunt. Jam nostros populos audiamus: Gelri lac pressum (quod Hollandis ceterisque Belgis dicitur *Kaarnmelk*) vocant *melk*, quo vocabulo *melk* alii ipsum lac apellant; tum iidem Gelri lac (quod aliis *melk*) dicunt *room*, quod aliis cremorem lactis notat; *cremorem* autem Gelri nominant *vet van room*. Hak Clivensibus pro Belgico *hiil*, calx pedis, usurpatur, sed Batavis reliquis *hak* securim, & Alamannis *ligonem* denotat. Platen communi Belgarum lingua *laminae* denotat, sed Brabantii ac Selandi ita quoque adpellant pisces *soleas* sive *passeres* dictos, qui aliis sunt *schollen*, & Hollandis idem *platen* pro *penningen* vel *gelt* i. e. pecunia sumitur. Selandis

ſchouwe, quae vox Hollandis *inſpectionem juridicam* ſignificat, in uſu eſt pro *camino* aut *Pliano infumibulo*, ſive Belgico *ſchoorſteen*. *Deel*, (leniori *Hra* quam in *deel* ſeu *deil*, Alam. *theil* i. c. *pars*) communiter *aſſerem* ſ. *plancam*, ſed Amſtelodami & in Gelria etiam *pavimentum* aut *aream* deſignat. *Poot*, quod *animalis pedem* vulgo ſignificat, Amſtelodamensibus ſumi pro *capite*, indicio eſt illud *HOOFDII* in *Aulul: zoo menningen woort daarof, zoo menningen ſtien veur myn poot*; aut hoc in eadem fabula: *of wilje dat ik jou woort de poot inſla?* Quae plebeja ſic pure ſonarent: *zoo meenig woort daaraf, zoo meenige ſteen voor myn hoofſt vel voor myn kop; &, of wilt gy dat ik u woort den kop inſla.* ETC.

V I.

Nova aliſque Graecis inſolita verba ſunt e. g. Attica *αλευροτησις* pro *indumento*, *σαυλος* pro *mollis*, *πωμαλα* pro *nequaquam*; Ionica *αιτος* *lucus*, *εναριες* *milites*, *ημακτεειν* *indignari*; Dorica *απφους* (forſan a Syrorum *Abba*) *pater*, *νιν ουμ*, *βαιτη* *paſtoritia veſtis*; Aeolica *αγορ* *aquila*, *δρεκων* *vir*, *ρευτος* *facies*. Poëtica Libro Tertio exhibebimus, ut ſingularia cujuſque urbis aut coloniae Graecae vocabula praetermittamus, quorum ingentem copiam ex uno Heſychio facile poſſimus congerere. Pauca itidem ex Germanica noſtra lingua adducemus, quae nobis nunc ſuc-

cur-

currunt, quibus alia infinita ex Kiliano poterunt addi. Ita Brabantiorum propria sunt *bailoi* & *zemers* profecto (pro quo Clivientes *zeper* dicunt), *bonne* pro *goede* ex Gallorum *bon* (cujusmodi Gallicis illorum sermo vulgaris aequae ac Selandorum admodum deformatur), *parmantig* magnificus, *fleik* pro *volk* populus &c. Selandi *keus* vocant quod Hollandi *een vrouwen onderrok* & *aanschte* dicunt pro *aangezicht* facies, (quod nostri in *enzicht* mutant) item *kiinne* (forfan ex *gekkinne*) pro stulta, *Dissendach* pro *Dingsdach*, *jenivers* pro *aalbezien* urvae urinae, *frezen* ex Gallico *fraises* fraga &c. Amstelodamense vocabulum est *pootig* pro *koppig*, Rotterodamense *ting* pro *tyding*, Trajectinum *bot* (quod & Gelri dicunt) pro *been* seu *bonk*. Arnhemii *blyslach* vocant quod nos *eene stoep* i. e. vestibulum sive locum ante aedes vacuum. Dordracenis *zingen* est pro *zyn* fumus aut sunt, pro quo & Hollandica plebs *bennen* dicunt, sicuti *je bent* vel *bint* pro *gy zyt*. Haec sufficiant.



CAPUT

CAPUT OCTAVUM,

Ubi de duplo vocum Graeco-Belgicarum genere differitur, & unde earum origo petenda; tum Etymologicon Graeco-Belgicum repraesentatur.

I.

Linguarum cognationem invictò fere argumento probaveris, si communium vocum haud spernendam vim exhibere possis. Jam vero tantum in Germanorum lingua & dialectis vocum Graecanicarum numerum invenies, quantum vix in ipsa Latina. Unde eas habeamus, dubitari video inter doctos. Alii Graecis deberi contendunt, alii Scythis aut Gothis: sunt qui omnes linguas, atque adeo Graecam & Belgicam, ex Hebraeo sermone deducunt, sunt qui Celticam aliarum matrem nuncupant. Hunc adfirmare videas, ipsum Adamum Belgice locutum fuisse, quem gens Hispana suo i. e. Hispanico idiomate usum sibi persuadet: illum, etiam Latinos ex Germanica lingua novam Romanam efformasse. Neuter tamen erudito Orbi satisfecit aut tale *παράδοξον* persuasit. Quam misere alter a magni nominis Viris passim vapularit, in Indice Batavico p. 339, 340. optime de scriptoribus Batavis meritis *Adr.* PARS docuit. Alteri autem magis

gis pepercerunt & Actorum Lipsiensium scriptores, qui Anno MDCLXXXVI. Calendis Julii pag. 325. sqq. dissertationis ejus *de origine Germanica Latinae linguae epitomen* confecerunt, & Clariss. ECGARDUS p. 143. Etc. Nolumus omnium rationes excutere neque in censuram vocare, namque ad id speciali commentario opus esset, quoniam longi laboris, erroris & indagatōnis res est: tantum quae nobis verissima sententia videtur, exponemus breviter, adversariosque quam modestissime refutabimus.

I I.

Principio falli eos, qui vocabula Graeco-Belgica ex Hellade in Belgium delata aut saltem in Germanorum linguam transfusa esse adserunt, abunde & ex historiis & ex ipsis his linguis demonstrarunt BOXHORNIUS, LAZIUS, van LEEUWEN, van der MILIUS, SCHOTTELIUS, TEN KATE, alii.

Uno enim possunt refelli argumento & ἀκαδηματικῶ, nisi me omnia fallunt, nempe quod ipsi antiqui Graeci, quamvis gloriosi ac τῶν ἰδίων mendacissimi praedicatores, fateantur cogente nimirum veritate, se barbaris (per quos κατ' ἐξοχὴν Scythas denotabant) non tantum recentiores esse, sed & ab ipsis linguam Pelasgicam addidicisse. De quo *Herodotum* audiamus Libro I. c. 57. εἰ τοῦτοις τετραχίροισι δεῖ λεγέειν, ἦσαν

οἱ Πελασγοὶ βαρβαροὶ γλώσσαν ἰεντες. Εἰ τοῦτω
 τῆν καὶ παν τοιαυτοῦ το Πελασγικὸν, το Ἀττικὸν
 ἔθνος εὐν Πελασγικὸν, ἀμα τῆ μεταβολῆ τῆ ες Ἑλ-
 ληνίας, καὶ τῆν γλῶσσαν μετεμαθε. Quod VAL-
 LA sic vertit: *si hinc coniectantem oportet di-
 cere, Pelasgi utuntur barbarâ lingua. Quod si
 igitur & tota gens Pelasgica talis erat, gens At-
 tica utpote Pelasgica, quum in Hellenas transiit,
 linguam quoque istorum addidit.* Idem Lib. V.
 c. 17. Ἑλλήνων Σιωτῶν mentionem facit. Lepi-
 dum est argumentum Schrikii apud Schottelium
 pag. 40. quo in simili quaestione utitur, quod-
 que ob festivitatem, quum non omnino ab hoc
 loco sit alienum, Latine vertemus: " Si quis di-
 cit, vocabula *neus, vader, visch, wine* &c.
 oriunda esse a Romanis *nasus, pater, piscis,*
ventus &c. is simul demonstrat oportet, pri-
 scis Germanis sive Belgis neque nasos fuisse
 neque patres, neque piscibus vesci fuisse soli-
 tos, neque ventum novisse, alioquin a men-
 dacio non abest, ejusmodi primitivis vocabulis
 eos caruisse in lingua tam antiqua & principe
 ad Romanorum usque tempora."

III.

Si autem neque Belgica lingua Graecae neque
 haec illi originem dedit, restat ut communem ma-
 tricem quaeramus, quam alii Celticam,
 alii Cimbricam, nos cum Magno SALMASIO
 Scy-

Scythicam five Gothicam statuimus, ita tamen ut ne Hebraica excludatur, quae vel ipsam Scythicam aut cum ea ceteras linguas tamquam filias genuit. Quis enim insitias iverit, haec (quae statim adferemus) Graeca & Gothico-Belgica vocabula ex Hebraeo fonte esse: *Eqa*, *Airtba*, *aarde* Teut. *erde*, ex **אָרֶץ**. *Ahwa* anima, vel *ατμη* & Belg. *adem* ex **אָדָם**. *Natjan*, *natten*, Teut. *nassen* & *netzen* e **נָטַח**. *Stams*, *Stom* ex **סָתַם** occlusit. *Ubilis*, *euvcl* & *evel*, Teuton *uebel* e **לָוּ** injustus aut **לָוִי** stultus. *Aig*, *αιγος* capra, *Gatei* hoedus, *geit*, Teut. *geisz* capra (& per metath. *ziege* aut ab Hebr. **צָבִי**) e **עָז**. *Ganoh*, *genoeg* e **נָגַע** oblectari, *zyn* *genoegen* *neimen*. *Aisul* malitiosus, unde Fr. Junius deducit *Afilu*, *ezel* asinus e **עֶזְרָא** piger. *Kraaw* clamo, *κραιζω* strideo, *Greitan*, *kryten*, Teut. *greinen* flere, item Teut. *kræchzen* gemere, *κρααγη* *bruk*, *het krajen* vox, cantus (Galli) & Gelricum *kraawwen* vociferari ex **קָרָא** clamavit vel **קָרָא** vocavit. *Pym* vicus, platea, *Rums*, *ruimte* locus, unde Anglis *room* conclave, & *Rums* spatiosus, nobis *ruim* ex Hebr. **רוּם** exaltavit. Clausulae loeo sit *Sakkos* *Sakk* vel *Sakkus*, *sak* e **שַׂק** *saccus*.

De Scythica autem lingua, quomodo Graecae, Germanicae & Persicae mater sit, omnium optime laudatus modo SALMASIUS differet, cujus

verba, ex Cap. II. Part. II. de Hellenistica excerptum imus:

"Pag. 365." Constat igitur Peloponnesum, ut
 ,, populos a Septentrione accepit, ita & linguam
 ,, indidem hausisse, non e contra gentes cum lin-
 ,, guis suis dialecto sub una generali variis in Se-
 ,, ptentrionem misisse."

"Pag. 366." Scythia igitur quae ad Septen-
 ,, trionem, omnes fere gentes evomuit cum suis
 ,, linguis quae Europam & Asiam inundarant.
 ,, Ut autem vastissima illa Scytharum regio fuit
 ,, & late porrecta ad Orientem & Occidentem,
 ,, versus Meridiem eructando varias hinc in Eu-
 ,, ropa inde in Asia produxit gentes. Ab Asiae
 ,, parte usque in Indiam penetravit, & Indoscy-
 ,, thas fecit. Parthos Persasque profudit.
 ,, Nam Parthi, ut inter omnes constat, originis
 ,, Scythicae. Nec *Parthorum* nomen aliud &
 ,, *Persarum*. Graeci qui distinxere Παρθος &
 ,, Περσας, more suo fecerunt, dum omnia tur-
 ,, bant & confundunt, &c. Pag. 368, 369.
 ,, Hoc ipsum nomen Σαθης de quo nunc agi-
 ,, mus, varie a Graecis enuntiatum est, & mul-
 ,, tas μεταπτώσεις incurrit. Nam Σαθης, Γετης
 ,, & Γοθος idem est. Item Δαιοι, Δααι, Δασαι,
 ,, Δαχοι & postremo, Dani. Sic Σιντιες, Σιν-
 ,, τοι, Σινδοι & Σαιοι iidem populi per μεταπτώ-
 ,, σιν, ut auctor est Strabo. Antiqui & primi
 ,, Έλληνες cum adhuc vicinas Thraciae Mace-
 do,

„ doniam & Thessaliam tenerent, populis Thra-
 „ ciae sibi ex vicinitate notiores, qui *Juti* vel
 „ *Guti* ipsorum lingua vocabantur (nam & *Ju-*
 „ *thungorum* nomen inde compositum) praepo-
 „ sito Σ, qui mos est. Aeolum in plerisque voca-
 „ bulis, appellarunt Συθαας, ut Σαυθαας. ” *Paucis*
 „ *interjectis sequitur.* ” Illi ergo Σαυθαας voca-
 „ runt qui Γεται postea dicti sunt a posteriori-
 „ bus Graecis, populos Thraciae Bosporum &
 „ Pontum accolentes: *Pag.* 370. ” *Getarum* no-
 „ mine postea abolito, *Gotthorum* auditum est,
 „ postquam illi sese in Europam effuderunt, &
 „ Romanum imperium vexare coeperunt. Certe
 „ eadem appellatio Σαυθαας, Γετης & Γοτθος. ”
 „ *Pag.* 378. ” Nam & inde Phryges orti sunt,
 „ unde & Scythae. Utraque Thracica gens, &
 „ septentrionalis, ex iis nempe populis per quos
 „ primum Graecia cultoribus instructa fuit. Eq-
 „ rum Phrygum lingua πυρ ignis vocabatur,
 „ quod ab his Graecos accepisse narrat Plato &
 „ ex eo Clemens. Inde & Germani suum fyr
 „ [lege *feur*] habuerunt pro igne. Non dico
 „ eandem omnino fuisse linguam Graecorum,
 „ Getarum sive Thracum, & Teutonum sive
 „ Germanorum, sed multa has tres gentes ha-
 „ buisse vocabula communia & ab eadem origine
 „ venientia. Persica quoque sive Parthica &c.
 „ *Quae sequuntur, supra citavimus pag.* 74. *Pag.*
 „ 380. ” Ut ut sit, non de nihilo est affinitas quae
 „ intercedit inter Persicam & Germanicam lin-
 „ guam

„ quam, cum innumera paene vocabula Germa-
 „ nica in Persica hodie reperiuntur, quorum ma-
 „ gna pars & in Graeca extat. Nec dubito quin
 „ longe major ea harum linguarum convenientia
 „ apparere posset, si lingua antiqua Graeca, qua-
 „ lis erat Deucalionis aut Hellenis aetate, ad nos
 „ usque per lata esset, aut antiqua Germanica.
 „ Crediderim tamen ab ipsis principiis diversas
 „ fuisse linguas Geticam, a qua Germanica, &
 „ Graecam, sed propter vicinitatem Getarum,
 „ Thracum & antiquorum Hellenum sive Grae-
 „ corum qui Macedones erant, quasi in agris
 „ collimitantibus, radices ab uno in alterum
 „ transisse, & protulisse ejusdem formae germina.
 „ Tres multum differentes linguae, ut fontes
 „ diverforum fluminum in propinquis locis ena-
 „ tae sunt, Hellenica sive Macedonica quae
 „ Graecas produxit Dialectos: Illyrica quae Scla-
 „ vonicam genuit, qua hodie Poloni utuntur,
 „ Bohemi, Lituani, & alii: Et Getica eadem-
 „ que Thracica, sive Dacica & Danica, ex qua
 „ Germanica propagata est cum omnibus suis
 „ Dialectis. *Pag. 384.* „ Quod ad numerorum
 „ nomina attinet, poene eadem sunt in his tri-
 „ bus linguis, Teutonica, Graeca & Persica.
 „ Quod autem per caeteras etiam linguas iidem
 „ numeri quasi cucurrerunt, certum est ab ali-
 „ qua ex illis tribus fuisse sumptos. Quoniam
 „ earum trium antiquior sit, & reliquis duabus
 „ ea nomina tradiderit, haud facile dictum est,
 „ nisi

„ nisi tutius videatur pronuntiare, Graecos a Scy-
 „ this ea accipisse: *Tum ad finem fore Capitis*
numerorum Erymna erudite, ut omnia, oritur. Cap.
III. p. 395. haec leguntur: „ Nec in nominibus
 „ porro numeralibus quod parum esset, ea affi-
 „ nitas & cognatio trium linguarum Graecae,
 „ Persicae & Germanicae ternitur, sed in voca-
 „ bulis aliis infinitis. Ne quis fortuito hanc
 „ συγγνωμιαν & convenientiam putet accidisse.
 „ In cognationum appellationibus, principalia
 „ nomina in tribus his linguis congruunt, ut Πα-
 „ τηρ Teutonice *Vater*, Persice *Badar*. Μη-
 „ τηρ, Germanice *Mutter* Persice *Mudar*. Φρα-
 „ τηρ Graecum antiquum, Germanicum *Bruder*,
 „ Persicum *Brader*. „ Reliqua malo ibi legi,
 „ nec non illa partium corporis humani aviumque &
 „ quadrupedum nomina, praeter alia, quae usque
 „ ad pag. 398. in his linguis earumque dialectis in-
 „ ter se comparat.

I I I I.

Quae haecenus aut nostris aut alienis verbis
 differuimus, non ita sunt intelligenda, quasi nul-
 las ex Graeca lingua in nostram translatis voces
 adgnoscamus, quomodo multae Latinae in Grae-
 ciam devictam abierint, quales e. g. sunt in No-
 vo Testamento ασσαριον, δηναριον, κενταριον,
 κρησος, κωδραντης, κουστωδια, μακεδων, πραι-
 τωριον, σπεκουλατωρ, τιτλος, Φαραυλων δεσ-
 σου-

φουδαίων quod vulgo huc refertur, Scythicum esse Boxhornius docuit, ut in Etymologico nostro narrabimus, aut quomodo in Latinis auctoribus Gallica sive Celtica & Germanica occurrant: *gaesum, framaea, ganza, spelta, petorritum, ambactus, rheda, planca* &c. ut infimae Latinitatis vocabula taceamus. Ejusmodi Graeca sunt apud nos *Apostel, Euangeli, Bybel, Histori, Filozooft* &c. Itaque duo genera vocum Graeco-Belgicarum statuimus, unum earum quas Graeci aequae ac Belgae ex altiori origine acceperunt, alterum quas solis Graecis Belgae debent. De prioribus diximus, & deinde adhuc dicemus, quare de posterioribus hic loci pauca disputabimus.

(1.) Graecanicas hasce voces per Romanorum Monachorum manus maximam partem accepimus, non quod Stephanus volebat (de quo postea pluribus), per Gallorum, nam & omnes in Romana lingua inveniuntur, suntque aut Christianae Theologiae aut Philosophiae aut Philologiae vocabula. Exemplo sint: *Apostel, Euangeli, Bybel, Proseet, pinxteren, abdy, apostaat, Kanonyk, mysteri, psalm, synode, theologi, Filozooft, eklips, zodiak, Histori, akademi, Grammatika, pedagog, syliabe, Anatomi, theater, tragedi, komedi, rhetoriker* &c. Non mirum autem, cum Evangelium Christi Jesu a principio Graecis mandatum sit litteris & per eas propagatum, si Graeca quoque vocabula in alias linguas & gentes transferint: quod & in humanis scientiis contin-

tingere solet. Sic enim in Medicina & Mathesi praeter Graeca vocabula invenies multa Arabica, quoniam hae artes a Graecis & Arabibus maxime excultae fuerunt. In rebus forensibus videbis notarios, procuratores & advocatos nostros, ut hodie vocantur, Latina non pauca & actis & orationibus immiscere, nempe quia Jurisprudentia a Romanis primo in artis formam redacta & ad nos transmissa fuit. Ob similem rationem in Architectura militari lingua Gallica, in re navali & hydraulica, nostra Belgica dominatur; per rem autem hydraulicam intelligo cataractarum seu emissariorum, item aggerum & molium nec non pontium exstruendorum artem. Id quod Aristoteles jam observavit, quem a SALMASIO de Hellenist. p. 63. E. (pro 65.) citatum invenio in his verbis. " Idem Attici *δημοὺς* vocabant quae κωμαι aliis Graecis. Quo argumento usus est Aristoteles inventionem Comoediae non esse Atticis adscribendam, sed Megarensibus & Siculis Dorici generis, qui κωμας appellabant τὰς περιουκιδὰς, hoc est vicos urbi circumjacentes, a quibus κωμῶδια nomen erat nata. Οὗτοι γὰρ, inquit, Dorientes nempe, κωμας τὰς περιουκιδὰς καλεῖν φασιν, Ἀθηναῖοι δὲ δημοὺς. ὡς κωμῶδους οὐκ ἀπὸ κωμαζειν λεχθέντας, ἀλλὰ τῆ κατὰ κωμας πλῆθι ἀτιμαζόμενης ἐκ τοῦ αὐτεὸς. Ita ποιεῖν iisdem Doribus τὸ δράν, quod Attici dicebant τὸ πράττειν. Hac ratione τὴν ποιησιν & τὰ δράματα ab illis profecta

Q

„ facta evincit, non ab Atheniensibus.” (II) His Graecis & peregrinis vocibus alias ejusdem valoris sermo Belgicus substituere potest; qua de re MEIJERI Thesaurus consulendus. Tamen Rever. NYLOE non omnes vult eliminari, quem vide *Cap. I. pag. 2-4.* & recte, nam qui minus nobis idem jus aequum est esse quod fuit aut Graecis, qui ne Persicas quidem reformidarunt, aut Latinis qui Graecas & Gallicas Romana civitate donarunt? (III.) Facile vel ex peregrinis litterarum copulationibus, quales sunt PS, PT, RH, PH cujus loco F scribimus, TH, CH & X ab initio vocis &c. vel ex paucis aut nullis derivatis dignoscas, quas dictiones e Graecorum lingua hausimus. Eadem enim aut similia indicia in Latino sermone & Graeco barbaras voces produnt. Exemplis vero quod dicta nostra non firmemus, brevitatis studium facit. (IIII) Omnes ejusmodi dictiones a meo Etymologico exulare jussi, quod proprie nihil ad Convenientiam nostrarum linguarum stabiliendam conferant. Id si Galli fecissent, nae quam exiguus vocum Graeco-Gallicarum numerus remansisset? Earum vice quasdam Graeco-Gothicas protuli, licet convenientes iis voces e Belgica lingua non haberem addere, quas vel alios vel nos aliquando spes est addituros.

V.

Quominus ad Etymologicon Graeco-Belgicum transeamus, impedit H. STEPHANUS, cujus verba *de Conven. L. Gall. & Gr.* p. 137. & summa fide Latine vertam, & ea modestia, quae Viro de litteris Graecis meritissimo debetur, redarguam. " Non, *inquit*, incongruum erit ad-
 „ monitionis vice Hollando cuidam respondere,
 „ qui ausus est haec verba facere: *Gloriantur Bay-*
 „ *fius & Budaeus Gallos ab antiquo fuisse Φιλελ-*
 „ *ληνας*, [quis ille sit Hollandus, & quae reli-
 „ qua ejus verba sint, ex I. Capite hujus Libri
 „ p. 16. intelligi potest, quo Lectorem remittimus.]
 „ Hoc prooemio usus Hollandus iste indicem
 „ vocum Graecarum subjungit, quas Belgicus
 „ sermo retinuit. Perquam autem insolens mihi
 „ videtur haec ejus locutio: *Gloriantur illi, ar-*
 „ *gumento paucularum vocum, quanto justius no-*
 „ *bis gloriari licebit, quorum in lingua aliquanto*
 „ *plura*, nisi si *aliquanto* sumatur pro *multo*?
 „ Quantum autem ad ejus indicem vocum [Grae-
 „ co-Belgicarum], plurimam earum partem a
 „ Graecis sumtam ajo per manum tertiam, vide-
 „ licet per nostram, ut sunt *plat*, *tumbe*, *cou-*
 „ *per*. Utrum propius Graecum etymon γαρ-
 „ γαρίζειν servat, nostrum *gargarizer* an illius
 „ *gorgelen*? Cur suum *Anker* ad Graecanicum
 „ ἀγκυρα potius refert, quam nos nostrum *an-*
 „ *cre*, cum Latini *anchors* dicunt? a quibus &

„ nos multas voces Graecas accepimus , tam-
 „ quam per tertiam manum , quomodo & aliae
 „ linguae ejusmodi vocabula accipere potuerunt.”
 An posteriora ejus verba recte intellexerim , du-
 bito ; sunt autem haec : *A quel propos renvoye il
 son mot Anker au Grec ἀγκυρα non plus que nous
 nôtre Ancre , puisque les Latins disent Anchora ?
 desquels nous pareillement avons en plusieurs mots
 Grecs , comme par main tierce , & les autres lan-
 gues aussi en peuvent avoir eu.* Pag. 138. sic per-
 git : ” Ut iis satisfacerem qui fortasse objecturi
 „ essent , nos istas voces non nisi per tertiam ma-
 „ num utpote Latinorum accepisse , Latinas quo-
 „ que voces , qualescunque sunt (& in Latino
 „ *ἐπιπέλαγος* plurimam partem reperiuntur)
 „ Graecanicis praemissi , ut huic litigio ansam &
 „ viam praeciderem .

Henr. Stephano respondit Junius in *Append.
 ad Anmarv.* p. m. 390. *sqq.* verum acerbissimis
 verbis & criminationibus , quibus suae *Ῥησιως*
aliquanto plura vindicias interferit . De ipsa au-
 tem quaestione princeps nullum verbum . Itaque
 nos quod ille intactum reliquit , contra Viri Do-
 ctissimi sententiam adserere audebimus : (1) Fal-
 sus est praec amore patrii idiomatis , cum putavit
 nos voces Graecanicas Gallis debere . Equidem
 supra § III. n. (1.) earum aliquot attuli , quas
 per Latinorum manus accepimus , sed quibus vix
 indigemus , nam e. g. pro *Theologant* habemus
 germanicum *Godsgelehrte* , pro *Histori Geschi-*
denis ,

denis, pro *Akademi Hooge School*, pro *Psalms Kerkzang*, pro *Ekijs Zonne- of maanzwijn*, pro *syllabe lettergreep* &c. Galli e contrario paucas habent Graecanicas voces, quas a Latinis non acceperint; quod mirum non est, cum eorum lingua ex Romana potissimum conflata sit. Paucae aliae ex Celtico aut Scythico fonte, sive is Graecae linguae originem dedit sive huic ad finis admodum fuit, in Gallorum ore remanserunt, quales sunt illae *plat*, *tambo*, *couper*. Quisquis aequus iudex Perionii, Stephani & Benedictini Indices Graeco-Gallicos cum nostro Etymologico contulerit, procul omni dubio a nobis litem decidet, pronuntiabitque, *primo*: Gallos paucularum vocum argumento, Belgas innumero earum numero suae linguae cognationem cum Graeca adstruere: *secundo*, plerasque Graeco-Gallicas in Romana lingua adparere adeoque ex hac desumtas; Belgicas contra fere omnes Latinis esse incognitas, quare his non deberi (quod & argumento est Belgicam linguam aequae ac Graecam Latina antiquiorem esse); *tertio*, nullam Graeco-Belgicarum vocum e Gallia oriundam esse, quia Gallicum idioma non modo Graeco & Belgico, sed & Latino sive Romano recentius sit. (II.) Si dixisset Stephanus, nos a Gallis Latino-barbaras voces *translatere*, *proclameren*, *autoriseren*, *origineel*, *compassi* & sexcenta alia habere, nullus obloquerer: sed quomodo habemus? ut ab omnibus qui puritati ser-

monis patrii operam dant, pro spuris rejiciantur, neque in illorum scriptis compareant, quod eruditorum testimonis probare nihil attinet. Inter alia tamen Societatis in amore florentis querimonia de barbarismis istis in vulgarem sermonem investis legi meretur, *Grammat. Belg.* pag. 6. &c. (III.) Gallicum *gargarizer* propius ad γαργαιζειν accedere quam nostrum *gorgelen*, nemo sanae mentis diffitebitur? Quamvis unum hoc exemplum attulerit, calumniatorem nolo agere ac respondere, illud unum nullum esse; sed & ultro largiar Gallica *tuer*, *Alexandre*, *Cicéron*, *Bible*, *moëlle* s. *muëlle* magis congruere Graecanicis ΘΥΕΙΝ, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ, ΚΥΚΕΡΩΝ, ΒΙΒΛΙΑ, ΜΥΕΛΟΣ, quam Belgica *doon* pro *dooden*, *Alexander*, *Cicero*, *Bybel*, *merg* vel *murg*. Verum vix dena proferentur similia, quibus Belga non multo plura, immo centena opponere possit. Pari nempe modo quaeram, utrum Gallica *abbaye*, *prêtre*, *histoire*, *Apôtre*, *Evêque*, *écrire*, *beurre*, *aumône*, *couper*, *coeur*, *Pseaume*, *école*, *tendre*, *nouveau*, *paume*, an Germanica *abaye*, *priister*, *historie*, *Apostel*, *Bisschop* veter. *Biskop*, *schryven*, *boter*, *aalmoes*, *koppen*, *bart*, *psalm*, *school*, *teer* vel *teder*, *niu*, *palm*, similia sint Graecis: αββατεια, πρεσβυτης, ιστορια, Αποστολος, Επισκοπος, γραφειν, βουτυρον, ελεεμοσυνη, κοπτειν, καρδια, ψαλμος, σχολη, τερην, νεος, παλαμη? &c. (III.) In Gallica lingua aliquas dictiones Graecanicas esse, quas non a Latinis sed a Celtis habeant, supra dixi-

diximus: plurimas autem, e. g. *nouveau*, *écrire*, *coeur*, *école*, *tendre*, *paume* per Latinorum manum (qui *novus*, *scribere*, *cor*, *schola*, *tener*, *palma* dicunt) iis traditas certo certius est, quare Latinis quoque similiores sunt atque a Graecis longius recedunt. Quod autem multa etiam Belgici sermonis verba a Graeco idiomate alieniora sint, ut βαρβιτος *harp*, βασιλευς *baas*, βορα *voer* pro *voeder*, δυπτειν *doopen*, τρεχειν *draven* &c. longe alia ratio est, scilicet quod Belgica lingua & Graeca duae jam ab initio diversae dialecti fuerint, e lingua Scythica sive Gothica natae: hinc

- - - - *facies non una duabus,*
Nec diversa tamen; qualem decet esse sororum.

- V I.

Ita tandem quid nos in Lexico Etymologico praestiterimus, exponendum est. Ante omnia catalogum heic damus auctorum, ex quorum potissimum observationibus Etyma Graeco-Belgica excerpimus:

D. Joh. AVENARII Liber Radicum.

(N. N.) BENEDICTINI Radices Graecae, qui notatas PERIONIO, STÉPHANO aliisque voces Graeco-Gallicas suis intexuit.

Matth. BERNEGGERUS ad Tac. Germ.

Marci Zuerii BOXHORNII Gr. Lat. Germ.
 Sermonis Symphonia.

Joa.

- Joa. HARMARI Lex. Etymol. L. Graecae.
 Christiani HEULII Grammat. Belg.
 Franc. JUNII Glossarium Gothicum.
 Hadr. JUNII Animadversa.
 Corn. KILIANI Etymologicum L. Teuton.
 H. B. COSTERI Clavis Hebr. Gr. Germanicae Harmoniae.
 Wolfg. LAZIUS de Gentium migrationibus, cujus syllogem exscripsit & auxit
 Sim. van LEEUWEN in Batavia Illustrata.
 Adolphus MEKERCHUS de pronunt. L. Gr.
 Joh. MINSHAEI Ductor in Linguis.
 Abrah. van der MILII Lingua Belgica.
 Just. Georg. SCHOTTELI Lingua Germ.
 Henr. STEPHANI Tractatus de Conven. Ling. Gr. & Gallicae.
 Caroli TUINMANNI Fax Linguae Belg.
 Ger. Jo. VOSSII Etymologicon L. Lat.

Eos hic semel nomino, quia singulis etymis suum auctorem adscribere, inutilis immo taediosus foret labor, sed & eorum observatis nostra quoque non pauca inferuimus, quae sparsim inter legendos scriptores Graecos detexeramus. Quod si vel tantum mihi esset otii, ut unum HESYCHIUM a capite ad calcem daretur percurrere, sicut primo institueram, multo plura huic Lexico addi potuissent. Verum enim vero si erit qui criminetur, tacitis aliorum nominibus meos me errores & ineptias voluisse tegere; ei non tantum mutatis paucis ex Phaedro regeram;
 „ Quid

- „ Quid judicare cogitet livor modo,
 „ Licet dissimulet, pulcre tamen intelligo.
 „ Quidquid putabit esse dignum memoriae,
 „ Aliorum dicet; si quid minus adriserit,
 „ A me contendet fictum quovis pignore.
 „ Quem volo refelli jam nunc responso meo:
 „ Sive hoc ineptum sive laudandum est opus,
 „ Illi invenere, nostra perfecit manus ”

sed & multa hujus aut illius *etyma* & frigidiores metaphoras, quas vulgo *adlusiones* dicunt, me rejecisse dicam, quod nimium a vero abesse videbantur. Cujus rei exempla aliquot proferre non abs re erit; quamquam eos quibus sic ludere placuit, haud nominabimus, ne ipsos homines non eorum vitia perstringere videamur: Igitur *κυβος* & *buigen*, *ἀγνος* & *rein*, *ἀγνευειν* & *reinigen*, *αργυρος* & *silver*, *ακαρής* (*ωφας*) & *wyle* (*tyts*), *αγινειω* & *gaan*, *πρωτη* & *bruit*, *πρωτογαμος* & *bruidegom*, *οικημα* & Alam. *gemach* &c. item *etyma* ex Graecis compositis eruta, ut *hebben* ex *απεχειν*, *schamen* ex *καμμυειν* pro *καταμυειν*, *wenden* ex *αναδινειν*, *brengeu* ex *παρεχειν*, *helpen* ex *συλλαβειν*, *perplex* ex *παραπληξ*, Teuton. *ebene* ex *επιπεδον* &c. duriora putavi, quam ut ex iis convenientiam Graeco-Belgicam adstruerem. Indignas quoque judicavi, quae in *Etymologico* nostro comparerent, has similesque longius petitas *etymologias* metaphoricis: namque *κικκετ* (*rana*) & *χαυειν* (*biscere*), *κεντ* (*optio*)

R

(optio)

(optio) & χάρις (gratia), *lappen* (panni) & λειπεῖν (deficere), *klaau* (ungula) & κλαεῖν (frangere), *modder* (coenum) & μαυρός (niger), Teuton. *gabe* (donum) & ἀγάπη (amor), *bemel* (coelum) & εἰμαῖ (collocor), &c. ex eodem fonte cadere i. e. ad unam eandemque radicem primigeniae linguae, sive Hebraica ea sit sive Scythica, referenda esse non facile mihi quis persuaserit. Cur non eadem licentia verbum *ik ben* (sum) ab Hebr. בן (*filius*; unde forsan Gr. βίβατος) derivant, quod pater det esse filio, ut Logici loquuntur? Risum mihi saepe moverunt istae origines & notationes; cuiusmodi etiam in lingua Gallica aliquot notavit Doctiss. BOUHOURS p. 277. sq. *Observ. in L. Gall.* ubi illum exagitat, qui *sargon* & *baragonia* a *barbarus*, *loquis* a *verna*, *larigot* a *festula*, item Hispanicum *Alfana* (quod ab *Elephante* deducendum) ab *equus* derivaverat. Sed ipse hujus Etymi auctor jocularo hoc Epigramma adjungebat:

- „ *Alfana* vient d'*Equus* sans doute :
 „ Mais il faut avouër aussi ;
 „ Qu'en venant de là jusqu'icy
 „ Il a bien changé sur la route ?

Hinc CHRISTINA Sueciae Regina (teste *Gal. Wottonio* apud CHAMBERLAY editorem Orationis Dominicæ CLII. linguis expressae p. 68.) joco dicere solita, *Dom. M.*

non solum nosse, unde quaelibet vox descendit, sed quorsum quoque eat.

Vere ergo LUCIANUS:

Ουδεν εν ανθρωποισι διακριδον εστι νοημα.

Αλλ' ο συ θαυμαζεις, τουτ' ετεροισι γελωσ.

VII.

At, inquiet aliquis, tute permultas producti voces Graecas, quae cum Belgicis in nulla aut in una tantum littera concordant, ut *αβαξ bank*, *αιθος hette*, *αιρειν kenren*, *αιτειν eiffchen*, *αων een*, *λειριον leli*, *πολυς veel*, *πωυ voo*. Hanc objectionem ubi satis infirmavero ac diluero, ipsum Lexicon exhibebo.

(1.) Ingeniosis doctisque viris aliquid dandum fuit, praesertim si plures idem Etymon posuerant. Eos enim perspicaciori iudicio, quam meum est, praeditos, multarum notationum iustam rationem vidisse quidem sed tacuisse, mihi persuaserunt aliquot voces, quas primo repudiatas postea reprehendi, e. g. *φειδειν* (parcere) affine esse nostro *myden* (vitare) non credideram, donec ex Cl. VOSSIO didici, P saepius in M verti, sicque *συμνια*, *σονται*, *υερμις* esse a *συμπαν*, *υπνος*, *ερω*; Aeoles quoque *μαθουσα* dixisse pro *παθουσα*. Similiter *οχλος* & *volk* nimium discrepare iudicaveram, donec inveni illud Aeolibus esse *ολχος* & cum digamma *βολχος*;

R 2

unde

unde Lat. *volgus*. Sic *λυκος* & *wolf* ex eadem promanasse origine, docuit me Aeolum *υλκος*, ex quo postea factum *υλπος*, cui praefixum digamma & hic & saepius nostro *W* respondet, &c.

(II.) Ad litterarum permutationem variasque Dialectos Lector attendat oportet: non enim vel ex VOSSII Tract. de permut. litter. vel ex JUNII Glossario vel ex dialectographis omnia etyma similibus exemplis firmare, necesse duximus, ne toties eandem cramben reponeremus. Tantum hic pauca specimina ex hodiernis linguis adponemus, quae quamvis alienissima inter se videri possint, tamen revera eadem voces sunt diversimode pronuntiatae & scriptae. Quis enim paulo imperitior Itatorum *Giovanni* ex Hebraeorum *Juchanan* descendisse credat, si nesciat illud nomen a Christianis Hellenistis in *ιωαννης* mutatum, unde in Latinam linguam, & ex ea in Italicam dialectum transierit? Varie etiam ab aliis populis effertur: Alamanni dicunt *Johannes* & plebeje *Hans*, Belgae *Johan* vel *Jan*, Galli *Jean*, Hispani *Juan*, Angli *John*. Alius Belgico *Ouz* cum Teutonico *Alt* nihil intercedere adfinitatis putabit, nisi attendat Belgas *ou* plerumque habere pro Teutonico *al*, nam *houden*, *wout*, *Wouter*, *kout*, dicunt, quod illi per *halten*, *walt*, *Walser*, *kalt*, efferunt. Item Gallicum *Evêque*, Hispanicum *Obispo*, Italicum *Vescovo* & nostrum *Bisshop* nimis differre videntur, attamen omnia a Gr. *επισκοπος* originem trahere, facile foret ostend-

ostendere. Hispanorum *boz* non aliunde est quam a Romano *vox*, nam cum Vasconibus *b* & *v* inter se commutant: e. g. *estava*, *embuelto*, *uvieramos*, *arriba* pro *stabat*, *involutus*, *habere-mus* & Gallico *arriva*; item *z* pro *x* habent in his: *paz*, *cruz*, *luz*, *vez* quod antiquis Latinis fuit *vix*, unde genit. *vicis* &c. Hic ex Latina lingua unicum subjiciam exemplum S A L M A S I O de Hellenist. pag. 87. observatum, quod prima fronte ridiculum plane videri possit: nempe *apud* & *προς* eandem esse vocem, sed diverse pronuntiatam. Scire autem licet veteres non modo *aput* sed & *apot* dixisse ex Dorico & Aeolico *ποτι* pro *προς*. Quare verum hoc Etymon substituendum aliis, quae adfert in Etymolog. L. L. VOSSIUS.

(III.) A genitivis aut pluralibus nominum anomalis, item a temporibus verborum non tantum anomalis sed & ab aoristo vel futuro secundo, aut perfecto medio recte quaedam derivari posse, mihi persuadeo, quod illa ex antiquatis vel defectivis dictionibus remanserunt. Sic *Φραδειν* Aor. 2. verbi *Φραζω* & nostrum *praten* affinia puto, item *πους* unde *ποδες* & Belg. *voet*, Alam. *fusz*. Affinia quoque esse *hont* & *κων* ex genit. *κυνος*, adparet, *k* mutato in *h*. Similiter verbi *αίρω* fut. 2. *έλειν* eandem originem adgnoscerem, quam Belgicum *halen*, inde patet quod futura secunda antiquis non aliud fuere quam verba specialia praesentis temporis in *ew* exeuntia, e. g. *έλειν*,

τυκew, ἀρεw, ταμεw, λαβεw quae contracte pronuntiata pro futuris secundis postea invaluerunt, quorumque imperfecta εἶλον, ἔτυπα, ἤφον, ἐταμον, ἐλαβον aorista secunda sunt dicta: hinc etiam factum ut verba quibus contractorum nomen datur, futuris & aoristis secundis dicantur carere, quoniam ea semper cum praesentibus atque imperfectis congruunt, uti & in aliis verbis aor. 2. imperfecto saepe similis est.

(IIII.) Syllabarum paragogicarum aut praepositionum inseparabilium (quae apud Graecos sunt α, αρι, βου, βρι, δα, δυς, ερι, ζα, λα, λι, νε, νη, apud Belgas aal vel al, ant, be, er, ge, ber, on, ont, ver, wan) nulla ratio est habenda, namque iis abjectis remanebunt primigeniae voces, nam quo simpliciores hae sunt, eo propius ad veras radices accedunt, quas proprie monosyllabas esse tam in Graeca lingua quam in Germanica, a multis probatum est. STEVENUM & SCHOTTELIUM, qui id in nostro sermone demonstraverunt, non citabimus, quod satis noti sint eorum labores & scripta. Sed de L. Gr. radicibus monosyllabis duos viros disertissimos producam, quorum opuscula in paucorum manibus sunt, quare & mihi longa investigatione opus fuit, ut ea nanciscerer. Alter est Cl. SALMASIUS, qui de Hellenist. pag. 390-392. ait: "Certum quippe est, linguas omnes quae monosyllabis constant, esse caeteris antiquiores. Multis abundavit monosyllabis

„ bis antiqua Graeca, cujus vestigia apud Poë-
 „ tas qui antiquitatem affectarunt, remansere
 „ non pauca. Αλφι pro αλφίτων dixit Anti-
 „ machus, non per αποκοπήν, sed quia pro αλφι
 „ quod erat antiquum, & fortasse Scythicum vel
 „ Thracicum, Graeci posteriores dixerunt αλφι-
 „ τον. Sic έρι pro εριον apud Philetam vetu-
 „ stius; & propius ab origine Ηλ quam ηλος pro
 „ clavo. Nam pro Ηλ & Βηλ Chaldaicis Ηλιον
 „ & Βηλιόν fecerunt. Ρα pro ραδιον apud So-
 „ phoclem: quod non esse per apocopen factum,
 „ descendētia inde nomina ostendunt ραον &
 „ verbum ραιζω. Non melius iidem Grammatici
 „ έται pro έταιραι κατ' αποκοπήν εξενηνεχθαι apud
 „ Apollonium notarunt. Ετης antiquum est,
 „ pro quo postea κατα παραγωγήν productum
 „ έταιρος. Λι pro λιαν archaismum linguae re-
 „ dolent, non per apocopen facta sunt. Ita κρι
 „ apud Homerum & δω vetustiore linguas
 „ Graecae characterem denotant, quam δωμα &
 „ κριμνον, quae per syllabae adjectionem facta
 „ sunt ex illis monosyllabis. Certe illud δω affi-
 „ ne est Scythico vel Parthico Γω vel Γω pro
 „ domo. Inde τα Γωγαμηλα mansionem in
 „ Perside Strabo interpretatur καμηλου οικον.
 „ Huic proximum Aegyptiacum χω, quod est
 „ θεσις vel κοσμος. Unde nomen Aegyptii vel
 „ Thebaei regis χωμαίφθα. Quod Eratosthe-
 „ nes Graece vertit κοσμος φιληθαιστος. Nam
 „ φθα est Vulcanus, ex quo Ηφαιστον fecere
 „ Grae-

23 Graeci: [*Vide an huc quoque pertineat Germanicum gau vel gou pro regione, tractu, territorio.*] ” Ita omnia verba antiquioris Graeciae
 24 aut maxima ex parte monosyllaba aut dissylla-
 25 ba fuere, quae recens Hellenismus additis syl-
 26 labis protraxit. Ex Βω fecerunt βαινω, βα-
 27 σκω & βαζω. Ex Φω, unde Φως, Φαινω. Ex
 28 δω, unde Latinum DO, δίδωμι, ex θω quod
 29 est pono, τίθημι. Pro Φυγω φυγασκω, pro
 30 Τυχω τυχασκω, pro χω quod est hio, χασκω
 31 & χασκω. Antiquum fuit νω, unde νωσασθαι
 32 poëtis cognoscere: postea fecerunt νωσκω, ex
 33 quo Latinum nosco, & γιγνωσκω. Λω idem est
 34 quod Θελω, unde λημα voluntas. Λω etiam
 35 idem quod lavo, quod postea λω. Ζω duo
 36 significabat, & vivo, pro quo ζω factum, &
 37 cingo, unde ζωννυμι exiit. Κω cubo vel ja-
 38 ceo, antiquum ex quo κέω & κείω, unde κείον-
 39 τες & κείμαι. [*Affine Belg. Koets i. e. cubile,*
 40 *sponda.*] Σμω a quo σμημα, pro quo postea
 41 maluerunt σμηχω, unde σμηγμα. Ρω idem
 42 quod corroboro, unde ρωσασθαι & ρωμη. Σω
 43 idem quod σκίζω, illud antiquum, hoc recen-
 44 tius. Ζευγω quoque vetustum, a quo Lati-
 45 num jungo. Postea ζευγνυμι pro eo receptum.
 46 Alia sexcenta sunt ad hanc formam, immo nu-
 47 merari vix possunt. ” Alter est Is. VOS-
 48 SIUS de Poëm. Cantu & Vir. Rhythmi pag.
 44-46. sic scribens: ” Nec tamen existimandum
 49 istiusmodi eum fuisse ab ipsis statim incunabulis
 (pri-

„ (priscum puta Graecorum sermonem), pri-
 „ mam quippe hujus si excutiamus originem,
 „ nihilo meliorem aliarum gentium linguis eam
 „ fuisse deprehendemus. Asperam, scabram &
 „ omnis dignitatis & elegantiae expertem fuisse
 „ vel inde satis intelligas, quod vix alia quam
 „ monosyllaba priscis temporibus habuerit voca-
 „ bula, ceu illa nomina essent ceu verba. (*An
 „ utrobique seu scripsit, pro quo typhetae nobis do-
 „ derunt ceu?*)” Nesciebant insuper ea in mo-
 „ dos, tempora, personas & casus inflectere;
 „ denique quod in Barbaris postmodum risere,
 „ idem hoc in suis agnovere majoribus. Adju-
 „ vante dein ipsa coeli temperie accessit cultus;
 „ accessit Musicae & Poëticae amor, accessit
 „ aemulatio ingeniorum Quando-
 „ quidem vero nihil aequè carminum dignitati
 „ viderent officere, quam monosyllabarum
 „ frequentiam dictionum, veluti quae praeter-
 „ quam quod humile & servile quid resonent,
 „ etiam salebrosam & asperam efficiant oratio-
 „ nem si plures simul jungantur; amplificaverè
 „ voces suas, duplicando easdem syllabas non
 „ in principio tantum sed & in fine, addendo
 „ augmentum & terminationem. Hinc factum
 „ ut verba quae prius erant monosyllaba, fierent
 „ polysyllaba, eademque vox ab una ad sex vel
 „ septem nonnunquam excresceret syllabas, ma-
 „ nente quidem priori significatione, sed quasi
 „ longi firmatis appositione aliquam sibi acqui-

S

rens

rens majestatem, In nominibus vero, quod illa non patiantur similia augmenta, aliam institere rationem, formantes ea a participiis, vel etiam cum aliis nominibus conjungentes; quamque iis feliciter haec compositio successerit, norunt ii qui aliquam hujus linguae assecuti sunt peritiam. Quid jam referam tot casus & flexus & terminationes nominum, patronymica, possessiva, intendentia aut remittentia significationem, notantia motum e loco, amplificativa, diminutiva, & complura alia accidentia &c. Ad hujus verba nunc nihil aliud adnoto, quam asperum, scabrum & salebrosus huic videri, quod Stevinus & Schottelius eximium, elegans & nervosum appellant.

V I I I.

Sequitur, quod altero tanto longius exisset, nisi permulta aut praetermissem, aut consulto omissem, de quibus supra § III. (IIII.) & § VI.

LEXICON ETYMOLOGICUM
GRAECO-BELGICUM.

A.

A privativum veteribus quoque Belgis in usu fuisse, I. Cap. p. 20. ex Meijero didicimus: pro
cō

eo interdum *au* dicebant, & hoc pro *ave*, quae eadem esse credo atque *af*, confine Graeco *αφ* pro *απο*, nam & Latini solitarium *a* usurpabant pro *ab*. Hodie pro *a* in compositis habemus *on*, quod cum Gr. *ανευ* convenit.

Αα Hesych. exp. *συστημα υδατος*: atque *Aa*, *Aade* vel *Le* priscis Germanis *aquam* significasse, Meijerus nos docet III. P. qui inter alia *Eelant*, quod nunc *Eilant* (iasulam) dicimus, exponit q. d. *Waterlant*. Immo fluminibus aliquot simplex nomen *Aa* datum, uti ex Geographia liquet. Hinc & Gall. *Eau*. Lectu quoque digna, quae adfert in vocibus NEHA & AHA Erud. KEISLERUS p. 263-4.

Ααδα Hesych. exp. *ενδεια* ap. Lacones: affine est nostrum *Nood* necessitas. Vide Cap. VII.

§. III. pag. 126.

ααζειν *Aassemen* exhalare, hinc *αασμος* *aassem* halitus.

αβα Hesych. *τροχος* *rota*. Nobis *Ave* sive *Nave*, Teutonibus *Nabe* dicitur *rotae modiolus*.

αβαθ Hes. *διδασκαλος*, *Κυπριοι*. *Baas* similiter nostris *magistrum* vel *opificum praefectum* notat. Θ autem & Σ saepe commutantur.

αβαξ *recht-Bank* abacus: *hak* alveus.

αβεις *εχεις* Idem. Teut. *haben*, Belgice *hebben*, antiq. *haven* habere.

αβλαξ Hes. *λαμπρος*, ως *Κυπριοι*. *Blank* candidus: *Bleek* pallidus.

- Αελαροι Id. ξυλα. *Blaren folia*.
 αεραχεν Id. ηχησεν. *Braussem Alam. Brausen*
strepere.
 αερωτις, οφους Μαιεδονες, idem Oog- of
wenk-Brauwew supercilia.
 αερωμεται κοσμεται, id. *Bruyeren polire*.
 αερωδον βαθυ id. *Pur pureus*.
 αγαθος goet bonus.
 αγαλλιος id. exp. Λοιδωρος, & αγαλλιαζεσθαι
 λοιδωρεισθαι. *Schelden conviciari*.
 αγατασθαι βλαπτεισθαι Hesychio. *Schaden*
nocere.
 αγααην demirari. *Hagen, behagen placet, lu-*
bet.
 αγελος Engel Angelus, genius.
 αγερειν garen, gaderen congregare. Utrum-
 que ab Hebr. גִּין fructum collegit, acer-
 vavit, unde & Latinorum *acerum* fluxisse,
 ad Goodwini Mos. & Aar p. m. 606. con-
 jecti parens meus.
 αγειτης & αγαιτης Hes. υερετης, *Guit scurra*.
 αγιος Heilig sanctus.
 αγκισρον Angel hamus. Dicimus etiam *Hen-*
gel, quod derivandum videtur ab *hangen*,
 ut Graecum ab *αρχσει*, quod pisces a fauci-
 bus suspendat.
 αγκωνη poplitis flexus, *Enkel, enklaau, An-*
glis Ankie talus.
 αγκυλιον hamus categae. *Angel cardo*.

Αγκυ

ἄγκυλος tortuosus. Teutones angulum *Winkel*, Belgae *Hoek* adpellant.

ἄγκυρα *Anker* ancora.

ἀγλαΐσσαι, veteribus *Gleissen* & *Glisteren*, nunc *glinsteren*, splendere. Hinc quoque *Glans* splendor, & forsan *Glas* vitrum, unde *glazuur* i. encaustice. Alamannis *Gleisner* est hypocrita, simulator, unde ap. Poëtas Belgicos remansit *Gleisnery* simulatio, species.

ἀγλαός Hefychius Cretensibus & Cypriis γλαφύραν significare ait, convenit nostrum *glad* lubricus, & *glyden* vel *gyen* vacillare.

ἀγλαυρός (pro quo male apud Nicandrum ἀγραιλός legi notat H. Stephanus) idem quod ἀγλαός. Simile nostrum *Klaar*, perspicuus, limpidus. Haec etymologia verior mihi videtur, quam quas VOSSIIUS in Lat. *Clarus* adfert.

ἀγλλεσθαι, βλαπτεσθαι Hefych. Gothicis *Aglo* tribulatio, & *aglu* ist difficile est, Anglosax.

Eglaan, Angl. *to aile* molestum esse, nocere significat: his adfines nostrum *Hagal*, grando, calamitas sive tempestas noxia. Eiusdem originis videtur ἀλγος dolor.

ἀλγος *acht*, *achting* veneratio: simile est ἀγειν δια τιμης *hoog achten*.

ἀγρᾶ *jagerai*, *jacht* venatio, uti ἀγρῆς *jager*.

ἀγρος *akker* ager, unde & prius ἀγρῶ. Diminutivum ἀγρῆδιον *akkerdje*.

Αγρωστή & αγρωστis Hefychio βότανη τις, an
est nostrum *Kers* sive *Kars*, quod Alaman-
ni dicunt *Kresse* nasturtium hortense? Ad fine
quoque est *gras* gramen.

αγυια vicus, *wech*, *wege* via.

αγχιπυρος *Nabuur*, Alam. *Nachbar* & *Nach-
paur* vicinus.

αγχιστες *Naaste*, Alam. *Nachste* propinquus.

αγχειν *hangen* strangulare. Hinc etiam *angst*
angor, & *eng* angustus.

αγειν *jagen* agere, *wegen* vel *bewegen* movere,
waggelen vacillare. Ab eodem fonte fluit
acht proscriptio, exilium.

αγωνια *angor*, trepidatio. Convenit Gothi-
cum *agan* metuere.

αδαμας, *αγτος diamant*, Teut. *demant* ada-
mas.

αδαμιαν Hefych. το δικασως φονευειν Κρητες.

Idem *δαμασσην*, *ανειλεν* exponit, & *δαμοσ-
ση αποκτεινη*. Eiusdem originis est nostrum
doemen, Teut. *verdammen* damnare.

αδειν *verzaden*, *zadigen* satiare: *αδην* & *αδην
zatter* plebejum, *latis*.

αεθλος vel *αδλος* certamen. Huc pertinent
Adel nobilitas, *edel* nobilis; ac fortasse
Adelaar aquila.

αι semper. *Ooit*, Alam. *je* unquam.

αεξειν & αυξειν augere *hoogen*, an potius huc
quadrat *waschen*, Alam. *wachsen* quod enun-
tiatur qf. *waxen*, ut Anglorum *to wax*?

ΑΕΤΟΣ

Αετος aquila. Non ita longe hinc *Adelaar* ead. signif. abit. Sed *Arent* quod nobis vulgatus est pro aquila, quidam longius repetere videntur ab *αγορ* Cyprico.

αζα Hefych. fuligo & pulvis. Nobis *assche* vel *asch* est cinis.

αζαινειν unde Hefychianum αζανθη mihi videtur esse pro *εξησανθη*, congruit nostro *zengen* adurere.

αημα Goth. *abma*, Belg. *aam* pro *adem* spiritus.

αητος infatiabilis, *eter vorax*.

αθηρ *Koren-Ader* vel contr. *Korenaar*, arista.

αθρειν *turen* pro *staroogen* intueri.

αθροος confertus: *Tros* fasciculus, racemus.

αθυρειν *tiren* lufitare. Hic loci ridiculum errorem noto *DINNERI* in Epithetis Graecis, qui sub voce *παρθενος* adfert epithetum *αθυρος*, quod alius qui interpretationes Latinas addidit, ejicere neglexit, sed explicuit *ad quam patet aditus, q. d. janua carens*. Huic autem errori *Anacreontis* locus, quem adducunt *Δρομον ωκυν εκτανυειν Μετα παρθενων αθυρων*, male intellectus ansam praebuit, namque *αθυρων* hic participium est & significat *lufitans*, quod ut clarius pateat, integrum adferemus locum ex *Oda VIII*.

Δια νυκτος εγκαθευδων
Αλιπορθυροις ταπησι,

Γεγα-

Γεγανυμεν Ἄκυρις,
 Ἐδοκουν ἀχροισι τάρσσις
 Δρομον ὠκυν ἔκταρσειν,
 Μετα παρθένων ἀθυρων.

Verum non solus hic error est, quod voci τάρσσις tam ineptum Epithetum adfinxerint, sed & alter est in quantitate syllabae mediae, quae in verbo ἀθυρω nunquam non producitur, uti etiam hoc in loco producenda est, in nomine autem *θυρα* & inde compositis ubique corripitur. Utriusque quantiratis auctoritates apud omnes Poëtas obviae sunt. Talis autem erroris convincere eos debuisset simile dictum Anacreontis Oda XXXII:

Στεβανιακου; δ' Ἰακινθῶν
 Κροταφοισιν ἀμφιπλεξῶς,
 Μετα παρθένων ἀθυρεῖν
 Φιλεῖν μάλιστα παύτων.

Malim quoque ἀθυρω deducete a *θυω*, (unde similiter inserto P *θυρῶς*) quam a *θυρα*. A *θυρα* quidem deducit Eustathius, quasi qui ἀθυρεῖ *privatam vitam mentem habeat*: idem tamen cum Etymologo alibi *παρὰ το ἀργαυ θυεῖν* derivat, & additum ait *φ*, ut in *αἰθρῆς* pro *αἰθῆς*. Post haec aliorum Etyma H. Stephanus T. I. pag. 1618. subjicit: *Ego quin a θυρα derovetur, minime dubito ut videlicet ideo ἀθυρεῖν sit Ludere,*

edere, quod extra fores domus atque adeo extra domum potius, quam in ipsa domo ludi soleat.

Jam nostram exponamus opinionem. Qui a *θυσίη* derivant, accipiunt hoc verbum in significatione *proruendi*, quod certe non ita absouum videtur.

At ego ab ipsa *sacrificandi* significatione deducere, quod sacrificia non tantum laeti & gestientes facerent veteres, sed & post illa in honorem idoli atque ad celebrandum festum varie luderent, canerent ac saltarent. Quo facit locus Exod.

XXXII: 6. *Και ορθρισας τη επαυριον, ανεβιβασεν δλοκαυτωματα, και προσηνεγκε θυσιαν σωτηριου. Και εκαθισεν ο λαος φαγειν και πιειν, και ανεστησαν παιζειν.*

Αιαζειν *janken* lamentari, & *αιαγμος* *gejank* à sono efficta.

Αιακος unus ex *judicibus* mortuorum. Sim. van Leeuwen pag. 65. ad h. v. *Isaac*, Frisonibus *Aischa*, *Ascha* judex, unde vocab. *Aasdom* sententia judicis. Scythae judicem dicebant *Aischac*, unde Graecorum *Aeacus*. Hugo GROTIUS Introduct. in Jurispr. Holland. II. Libr. Cap. 28. " Qui originem vocis *Azig* aut *Azing*

„ quærere velit, vix quidquam verosimilius
 „ (mea quidem sententia) inueniet, quam *azen*
 „ & *aten* (nam S & T sæpe commutabantur;
 „ ut patet ex vocabulis *water wasser*, *eten essen*
 „ atque aliis multis) veteribus significasse *jus*,
 „ unde factum ut in priscis Frisonum legibus ju-
 „ dices dicantur *Atten*, & hodie in tractu

T

Drente

„ *Dente dicto De 24. Etten.* [Paulo ante dixerat, eosdem Frisones judicem nominasse *Aetga* & *Hollandos Aizig* aut *Azig.*] ” Hinc etiam
 „ nomen *Schoutaat*, namque ita veteres scripserunt ut ex eorum monumentis liquet, pro quo
 „ nunc dicimus *Schout*; i. e. *Schultrichter*, nam in iisdem veterum scriptis nunquam non *schout*
 „ & *schoudig* invenitur pro *schult* & *schuldig* Uti ergo priscis *Hollandis doemen*
 „ erat pro sententiam dicere (quare & decretoria sententia dicta est *wysdom* i. e. *der wyzen dom* prudentum sententia) sic sententia ea,
 „ quam ille *Azig* cum aliis vicinis decreverat, appellabatur *Azigdom* & contracte *Aasdom* &c.”
 Apud Teutones praetor juri dicundo praefectus nominatur *Schuldhaiss*, *Schultheisz* & *Schultz* q. d. debitorum aut culpae exactorem; *der die schuld heischet*. *Schuld* autem & Latinorum *solutio* derivarem ego ab Hebr. פִּתּוּן (*petitio*, *postulatum*) potius quam undecunque *Vossius* id derivat, qui se mire in hoc etymo cruciat. Ceterum potest etiam vocabulum *Schultz* esse ab Hebr. שָׁלַט *dominari*: hinc certe *Turcarum* *Perfarumque Saladin* & *Sultan*.

Αγλη glans, *Alam. giansz* & *glast* splendor, unde *glazuren*. Vide *αγλαΐζεσθαι*.

Αἰδης *Orcus*, per quem & ipsi *Dii* jurabant. Nobis *Eet* vel *Eed*, *Germ. Ayd* vel *Eid* jusjurandum notat.

Αἰδω-

Αἰδωνεύς Hesych. ὁ θεὸς καὶ ὁ τοπος. Αἰδωμι, τῷ αἰδῶ. Germanis veteribus *Odin* & *Wodan* bellorum caesorumque summus Deus credebatur, qui praesideret in *Valhalla* h. e. aula caesorum. Vide Joh. Georg. KEISLERI *Antiq. Septentr. & Celt.* variis locis. Hinc diem Mercurii nominamus adhuc *Woansdach* pro *Wodensdach*, quem vulgo dicunt *Woensdach*, quoniam *oe* veteribus pro *oo* in usu erat.

Αἰθρῶ aether, *weder* & *weer*, Alam. *wetter* tempestas, aura, coelum.

Αἶθος *hitte* aestus.

Αἶθειν urere. Gothis *beito* est febris; ab eodem fonte videntur *esterik* pavementum, tessera igne excocta, & *hateu* odisse, ab ira aestuanti.

Αἰκαλλεῖν adulari (*μοοι*) *kallen*.

Αἰνυμαι *nemen* capio.

Αἰξ, αἰγὸς *geit*, Alam. *geisz* capra; an utrumque a *W* capra, an a *Γ* *baedus*, unde Lat. hoc derivat Vossius. Alamannis capra quoque dicitur *gitze* & *kitze*.

Αἰορ. Transcribemus hic quaedam ex *Tb. Mareschalli* *Observatt. de Verf. Goth.* pag. m. 548, 549. "Sax. *Wer* significat *virum*: non tam enim existimo Saxonum *Wer* e Latino *Vir* fuisse formatum; quum Gothis quoque *Wair* sit *Vir*. "Non desunt Viri Docti, qui mire praedicant "Scytharum linguae vetustatem longe remotissimam; quique ipsum Graecismum Scythicae "fuisse originis non dubitant asseverare. Vi-

„ deant itaque Etymologi, num Gothicum *Wair*,
 „ atque etiam Graecum *Αιηρ*, revocari debeant
 „ ad Scythicum *Αιορ*, de quo sic Herodotus:
 „ *Τας Αμαζονας καλουνσι Σκηθαι Αιορπατα. δυνα-*
 „ *ται δε το συνομα τριτο κατ' Ελλαδα γλωττων*
 „ *Ανδροκτονοι. Αιορ γαρ καλεουσιν τον ανδρα το δε*
 „ *Πατα, κτεινειν.* Sic ille Lib. IV. pag. 259.
 „ edit. Genev. an. 1618. [sive cap. 110. p. 256.
 „ edit. Gronov. qui tamen *Οιορπατα* & mox *Οιορ*
 „ e MS. optimo restituit.] ” Sin autem
 „ perplurima illa nomina masculina in *er* & Sa-
 „ xonice in *ere* [Belgis saepe in *aar*] desinentia,
 „ quibus virorum officia in lingua Anglica, Ger-
 „ manica &c. designantur, terminationem illam
 „ suam e *Wair*, *wer* aut aliquo simili, formatam
 „ acceperint; ista profecto quae a nobis modo
 „ adducuntur, e vestigio redduntur probabiliora.
 „ Anglis enim perinde est *Aratorem* dicere *Plow-*
 „ *man* ac *Plower*: & *Nautam* appellari Belgice
 „ tam *Schipman* quam *Schipper* a Corn. Kiliano
 „ est affirmatum. Etc. ” Eadem quoque sunt
 „ *Kryger* & *Krygsman*, *Bouwer* & contr. *Boer* &
 „ *Bouman*. An ergo & Latina terminatio OR in
 „ *doctōr*, *amator*, *arator* &c. inde fluxit? Goth.
 „ *Wair* & Lat. *Vir* adfines est Teuton. prisco *Bar*
 „ & *Ber* ead. signif. unde *baren* s. *baroenen* deducit
 „ Schottel. vide *Βαρος*.

Αιγα lolium *harik*.

Αλασειν eligere *keuren*, & *heir* exercitus sive a
 „ delectu (uti legiones solemus *keurbenden* dicere)
 „ five

ἢ five ab αἰρεσει των πολεων, expugnatione urbium.

Αἰρεειν capere, prehendere, hinc haerere & ab hoc heres ap. VOSSIIUM, qui nobis oor, veteribus hoir, uti mannellyk oor heres masculus. Erve quoque heredem nobis notat. Cum aor. 2. ἔλειν convenit nostrum halen, de quo in ἀλωμι.

αἰρειν tollere, eeren honorare; item vorten ferre, vehere.

αισσειν haasten ruere.

αιουλος iniquus, malitiosus. Fr. Junius ad fine putat Goth. Afilu five Belg. ezel afinus.

αισχος Alam. haeslich turpis. Belg. yzelyk formidabilis.

αιτεν eischen poscere: bidden petere.

αιτιασθαι wyten culpae.

αιων Goth. arw & arva, Belg. een & eenwe, aevum.

ακανθα spina. Goth. Aiquatundga rubus. Hinc Aecentia apud Goldastum pro senticeto. Vide Glossar. Junii pag. 45.

ακαρι animalculum, & ακαρες Hefych. το παρα τω μικρω δακτυλιδιον. Nobis zurr & zurtje notat minutissimum quid, & vermiculum in digitis crescentem.

ακη mucro. Egge occa.

ακινακης Acinaces, vox Persica. Axine vet. pro romphaea, & hodie Alam. axe est securis.

ακοστη kost alimentum.

ακραγυτες krank imbecillum.

ακυλος eikel; aker glans.

Ακων jaculum. *Hake* machina qua mittuntur jacula, Boxhorn.

αλαστρον *albast* & *albaster*.

αλασμαι *dwalen*, Teut. *wallen*. Hinc *Wallis* sive *Galli* qui Graecis *Κελται* & *Γαλαται* quasi *αληται* *Errones*.

αλδειν *augere*. Gothis *waldan* est imperare, quemadmodum *Caesares* ab *augendo* imperio *Augusti* sunt adpellati. Hinc Germanor. formula *walten und schalten*, & nomen *gewalt*, Belg. *gewelt* vis, potestas.

αλφειν *zalven* ungere,

αλεειν *malen* molere.

αλιγκιος *gelyk*, Angl. *like* similis.

αλλα Goth. *alga* sed.

αλλασσειν *wisselen* mutare.

αλλαχθεν Goth. *algathro*, Belgis *elders* alium de.

αλλοθι Goth. *algath* aliorum.

αλλομαι *salto*. *Halta* Gothice *claudicantes*, & Angl. *to halt* *claudicare*.

αλμυρις *falsugo*. Hinc forte nostrum *Gallorumque Ammiraal*, qui classi praest, vel ab Arab. *Ammir* quod praefectum aut imperatorem significat. Ex Arabico hanc vocem derivari posse, Vir Orientalium atque Europaeorum linguarum peritissimus H. B. Costerus me docuit, qui magnam Gallicarum vocum vim Arabico fonti debere observavit. Ex: sint; *Capable* ab Arab. *Kabil* i, capax, ubi simul Latinae vocis ut & verbi *capio*

capio originem invenis: *Esquadron* ab Ar. *quadron* i. manus militum, robur: *Bataille* ab Ar. *ab-tâlon* i. e. viri bellicosi, unde quoque Latinorum *battuere*: *Miroir* i. speculum ab Arab. *Mir-on*, Hebr. *Mar-eh* visio, speculum, unde & Hispanicum *mirar* pro videre, & Romanum *miror*, cujus verbi significatio cum illa videndi concurrat in altero *suspicere*: *Cotton* i. e. gossypium ab Arab. *Kotnon*: *Galoper l'ennemi* hostem victum insequi ab Ar: *Galob* victoria vel exclamatio victoriae: *Sire* rex ab Arab. *Cursy* thronus regius, unde nomen proprium *Cyrus* Gr. *Κυρος*, hinc rursus *Κυριος* & Lat. *curia*: *La Haye* Belg. *Haag*, *hage*, Alam. *Hage*, *gehæge* i. e. sepimentum, virgultum, ab Arab. *Hhajjon* virgultum. Haec speciminis loco sufficiant: plura ab ipsius Viri Doctissimi manu propediem expectamus.

άλς sal *zous*, Alam. *saltz*: Veteribus quoque *Hal* pro salinis, teste Kiliano.

αλος Aeol. *αλδος* *wout*, Teut. *Wald* lucus. It. *hout*, Teut. *holtz* lignum vel silva.

αλυειν *dwalen*. Vide *αλαομαι*.

αλωμι capio: *halen* ferre, petitum ire. Hinc forsitan *ελειν* aor. 2. verbi *αιρω*.

αλως *halle* aula, atrium.

αμα *samen*, *saam*, *samt* una, Proavis nostris *hama* & *heim* notabat domum. Vide *επιμαδες*.

αμαλος *malsch* mollis.

ακρατος niger: *moor* aethiops.

μυσειν *mijzen* metere.

Au

Αμυδαιειν *verbluffen* hebetare. Germanis *blaucein* est macerare, mulcare.

αμελγειν *melken* mulgere.

αμεργειν *uitmergelen* exhaurire.

αμη, **σιδηρου σκευος** Hesychi. *Aam* vel *Ame* **solium**.

αμημιον Dioscor. *minium* *meni*.

αμητος *messis*. Goth. *maitan* conscindere, unde Teut. *messer* & Belg. *mes* culter.

αμιλλα certamen: *hamel aries*, utrumque ex Arab. *Hhamal* portavit arma in aliquem, qui Arabes arietem similiter *Hhamel* dicunt.

αμνος *lam* agnus.

αμορος *arm* infelix, *jammer* miseria.

αμος *imant* aliquis.

αμυγδαλη *amandel* amygdala.

αμυδρος *obscurus*. *Moadder* coenum, a nigrore.

Vide insuper **Μυδρος**.

αμυλον *amelmeel*, *amelbloem* amyllum.

αμφι ομ, *omme*. Germ. *umb* circa. Hinc forte **Ambacht** *ambactus*, de quo multa Eruditi disputant ad Caesarem. Vide quoque Glossar. Gothi. Fr. Junii v. *Andbachtis* pag. 56. & quos ibidem citat.

αμφορευς *emmer* amphora.

αν, **εαν**, **ωαν**, **ωεν** si.

ανα Goth. & Willeramio *ana*, veteribus *an*, hodie *aan* apud.

αναξ dominus, rex, in vocat. *ανα*: *Haan*, Goth. & Angl. *hana* gallus. Vide omnino Doctiss. Junium. Ανδρ.

Ἀνδάνειν placere. *Dāudermen* infantulos placere mofitando:

ἀνευ Goth. inuh; Sax. *ane*, Teut. *ohne*, Hoff. *zonder* sine. Hinc nostrum *on* & Teut. *un* privativum in compos atque interdum pro eo *wan*, ut *wanorde* pro *onorde*, *wanschapen* monstrosus, *wangeloof* incredulitas. Huc facit quod Graeci pro α privativo habeant *αν*, si vocalis sequitur, ut *ανδρος*, *ανελξις*, *ανοπιλος*, *ανοπτος*, quod forsitan detruncatum ex *ανευ*.

ἀνεψιος *neve*, *neef* sobrinus.

ἀνηθον *anys* anethum.

ἀνηρ: Vide *αιος*.

ἀνη-Heb. *חַוַּמָּטָא*. Conuenit Belgicum *Ent* vel *int*, quod non semper atramentum, sed & alium colorem significat.

ἀνθος pro *κοσμος* mundus, cuius non minima pars sunt *Kantien* quos Galli *dentaculo*s dicunt.

ἀνισον *anys* anisum.

ἀντι Goth. *and* adversus, pro; ut *andastandan* resistere ex Dör. *andastandit*. Hinc Germanor. super. particula *ent* in compositis *entgegen* adversus, *entzwei*, *entsche.dent*, *entfremden* &c. cuius loco nobis est *ont*, ut *ontvremiden*, *ontmoet.ten*, *ontzeggen*, *ontra.nen*. Certe hinc prior syllaba in *antwoorden* respondere, *contra* dicere. Huc refero *anderen* mutare.

ἀντιλειν *nutzen* prodesse.

ἀντιλειν perficere, finire. Gothicis *andei*, Teutonum majoribus *enti*, hodiernis *Ende*, Belgis

gis *ent*, *ende*, *eint*, *einde* finem signat.

ἐὶ αἰῶ του γενους Ael: V. H. XIV. 36. majores, qui Alamannis *die Abnen*.

ἀξίνη *Axene* Seland. *ax* Germ. securis. *Hakken* securi findere.

ἀξιουν *achten* dignari.

ἀξων *as*, Teut. *achs* axis.

αὐλοδης *confertus*. *Alle* omnes.

αὐρ ζωαart, Goth. *hairus* gladius.

αὐρη *hart-ader* arteria magna: it. *Hart* cor.

ἀπαλος *mollis*. *Appel* malum (mite).

ἀπαστος *di vast* jejunus.

ἀπο, ἀπ' & ἀφ' *af* & antiq. *ave* & *au* a, ab. Goth. *af* praepos. quae nobis *van*. Hinc Gothicum *afar* & nostrum *after* vel *achter*. Vide litteram simplicem A.

ἀπολουειν *spaelen*, *afspoelen* abluere.

ἀπολυσις *aflossing*, *afstaat*: Alaman. *abloesung*, *ab'as* absolutio.

ἀπτειν proprie ἀφτειν a fut. 2. ἀφειν *heften*, *hechten*nectere. Hinc VOSSIUS quoque deducit Lat. *habere* cui respondet Alam. *haben* & B. *hebben*, nisi malis Hebr. originem quam idem adfert, דָּתִי *dedit*.

ἀραιος *rarus* *raar*, unde forsan ἀρειων & ἀρισος. *Rari* quippe boni.

ἀρασειν, ἀρατλειν *abscindere*; *ryten*, Teuton. *reissen* rumpere.

ἀραχνη *spinn-rach* aranea.

Αργος

Αργος otiosus: *Arg* malus, nam nihil agendo male agere discimus.

αρεδα *drek* inquinamentum.

αρεδεν *drenken* rigare.

αρεστον placitum *Arrest*.

αρετη ab *αιος* ut virtus a vir. Belgice *aartig* seu *aardig* elegans.

αρης Mars: *Oor-loch* bellum: *Harnas* thorax: Angl. *war*, Gall. *guerre* militia: Teut. *wehren* & Belg. *weren* defendere, & *were* defensio, arma. Hinc Germani qf. *Weermannen* milites, bellicosi. Ad fine est *εις* contentio.

αρι *zeer*, *hart* valde: Angl. *very* nisi hoc a Latinorum *verus* est.

αριθμος *rym* numerus musicus. Huc refero *εριθμος* & Belg. *rekenen*, Alam. *rechnen* computare. Goth. *rathan*, *rathgan* numerus, *rabnan* numerare. Danis *rad*, Belgis *reke* & *reex* est ordo, series.

αρμος commissura brachii, respondet nostro *Arm* & Romanae voci *Armus*.

αροειν *aren*, *erien*, *eeren* veter. pro arare, & inde forsan *aarde* terra, & Latin. *area*.

αρπαγη *roof*, Alam. *raub* rapina: uti *αρπαζειν* *rooven*, *rauben* rapere: propius tamen est *harpoen* harpago, uncus ferreus capiendis balaenis.

αρι *eerst* nuper.

αρι in compositione aliquando denotat auctiorem; cui significationi congruit Belg. *hart* in hu-

iusmodi dictionibus: *hart gaan* incitare gradum,
harde koude vehemens frigus

Ἀρτιος *aartig*, *aartig* perfectus.

Ἀρτιοκος *taa* teken *pastillus*.

ἄρτος *panis broos*, proprie *taart* significare ait

Boxh. ut paret ex composito Ἀρτιοκρεας *pastei*.

ἄρ.υ.μα *a. tischok* *cynara*, *carduus*.

Ἀρτυειν *toereuen*, Alam. *bereiten* *parare*.

Ἀρχειον *arch.υ* *tabularium*.

Ἀρχη *principium*, *principatus*: *Eerste* *primus*,
 & *eer prius*.

ἄρχι in compos. valet nostrum *Aarts*: Ἀρχι-
 πισκοπος, Ἀρχιεργετος, Ἀρχιερεως; *Aartsbisschop*,
Aartsengel, *Aartspruster*. Teutones pro eo di-
 cunt *Ertz*. *Ert bisschop*, *Ertzengel*, *Ertzprie-
 ster*, *Ertzhertzog*, *Ertzhirte* Ἀρχιποιμνη, *Ertz-
 biesew cht*, *Ertz d. eh trifur* &c.

ἄρχος *ars* *podex*.

Ἀρχειν *regeren* *regnare*.

Ἀσειγης *ge. l* *lascivus*: *Ezel* *asinus*, animal la-
 scivum quare Lucian. ἀσελγεστεροι των ουνων.

Ἀσθενειν *aegrotare*, *stenen* *gemere*,

Ἀσθμα *aasem*, *odem*, Teut. *athem* *halitus*:
Hoest *tussis*.

ἄσις *coenum*, & *Hesych.* *pulvis*. Cum hac
 voce *Tuinmannus* comparat *maer-as* qf. *modder-
 as*, *Boxh.* *asse cinis*, *Junius* *waze cespes*: *Nos*
aus *cadaver*,

Ἀσπαιρειν *spartelen* *palpitare*, cum morte lu-
 etari,

στᾶρι, ut ap. Homer. Iliad. Γ νf. 293. de ovibus
mactatis.

ασπαργος *asparsi* asparagus.

αστηρ *star*. *ster* stella,

αστομος *elinguis* stom.

αστυ *stat* urbs: *vesting* a *vest*, munimentum.

ασχημων *indecens*: *Schamen* pudere.

αταρ, αυταρ. Teut. *aber* autem, Belg. *ester*,
echter tamen: Teut. *oer*, Belg. *of*, *ofte* aut.

αταειν *schaden* nocere. Hebr. *W* vastator.

ατερ *zonder* sine.

ατη *Dea* odior. & damnor. mater; *haat*, *hate*
odium Boxh. vide *Addenda*,

ατμος *adem*, Teut. *athem* flatus.

ατλα *eitelyke* quaedam.

ατλα *tata*, *taat* vox infantulorum patrem com-
pellantium: Goth. *Atta*, Fris. *haita* est pater,
vide Junium. Hinc nomina propria *Hatto*, *Ot-*
to, *Attila*, de quibus videndus Schottelius, Ger-
manorum Varro.

αωγη. Nicander oculos *αωγας* dixit, ut La-
tine *lumina* dicuntur. Item *αωγαζειν* pro *videre*
dici ostendit Junius in Gloss. Goth. voce *Augo*
p. 73. Congruit Teuton. *aug* & Belg. *aag* oculus.

αωβις & αωβε, Goth. *aftra*, Germ. *aber*, *aber-*
mabl iterum.

αωλη *zaal* aula.

αωζειν *hoogen*, *wasschen*, vide *αεζειν* Gothis
aukan, Belg. veter. *oecken* augere, unde *woeker*
fenus. Junius illinc derivat *oek*, Teut. *auch*,

Goth. *auk* etiam ; & Germ. *ochs* , Angl. *oxe* , Belg. *os* bos , in quibus priscorum divitiae consistebant .

αὔτην adem , Teut. *odem* spiritus , halitus .

αὔχεω *hoog-moedig* zyn gloriari .

αὔειν siccare : Oven fornax , furnus .

αφάνης obscurus : *Avont* , Germ. *abend* vesper .

αφελγής Teut. *finster* tenebrosus .

αφελγυνειν laedere : *Euwel* , *evel* , Teut. *uebel* malus , vide φουλος .

αφενος *have* opes , Hebr. יין

αφροδιτη Venus : *Vryden* , *vryen* ambire puellam . Hinc etiam *Vrydach* dies Veneris . De Dea aut Deabus *Frea* , *Freja* , *Frigga* vid. KEISLERUM .

αφυτλειν *putten* haurire : Alam. *psuetze* lacuna .

αχεειν dolere : *waken* , Teut. *wachen* vigilare .

αχθομαι *gravor* , it. *succenseo* : *Veede* & *Veete* antiquata pro inimicitiis , Teut. *Fehde* , vide Meijeri P. III. hinc *feind* , *viant* , & forsitan *hasten* odisse : Germanis *acht* exilium est .

αχος *gewicht* pondus , & per metaphoram *achten* aestimare , ut Latinorum *pendere* . Huc pertinent *wage* libra , *wegen* librare . W autem in his praefixum ut in *wryven wreken* pro Alam. *reiben* , *rachen* aut in Alam. *wallen* pro *αλαομαι* .

αχος Angl. priscis *ache* , nunc *ake* dolor : *ach* , *ock* , ab .

αχυρον *palea* , stramen : Goth. *ahana* s. *agana* . Priscis Alam. *agena* arista , festuca .

ΑΨ

ΑΨ retro, an hinc Lat. *abs* aut *ab*, & Belg. *af*, Germ. aliis *ab*, (*ab*,) in compositis quibusdam pro retro, ut abscedere *afstrekken*, ab silio *afspringen*, ab sistere *afstaan*.

αειν *wajen* flare. A partic. *Wajende* videtur *wint* esse i. e. ventus, quod alii ab αειντος, genitivo participii Graeci αεις deducunt: sed male, non enim ex Graecia petenda quae domi nostrae nata habemus. (211)

B.

βαβαι *baba* papae.

βαβαζειν *babbelen*, Flandr. *babben* garrire.

βαβαλον, αιδοιον Hesych. *bal* testiculus.

βαβυας, βορβορος, πηλος Hes. *ba ba phy*.

βαβυλας Muret. in Adelph. Terent. *futilis*:

Babeler, Clivient. *babbaart* garrulus, quae etiam ab Hebr. *Babel* derivare queas; nisi sit pro *Papbaart*, quod Teutonibus est *Brey-maul*.

βαγος fragmen panis, *wegge* panis albus.

βαζειν unde facta reduplicatione superius βαβαζειν, item βαβαινης mutus: Nos faciem aut os dicimus *bakkes* & *bakbuis*.

βαθος profunditas: *put* puteus.

βαινειν gradi: *baan* via trita, *banen* viam aperire.

βαιον palmae ramus: hinc a colore equus *badius* *bajaart*.

βαιος brevis: Anglis *Boy*, Selandis *Booi* & *Boei* dicitur puer.

Βαχνη

Βαση pons: *Hæch* via: *Bake* Belgis pharum denotat quæ navibus viam monstrat: *Βαγεισαι* εισελθουσαι *Hesychii*: huc atcedit.

βαλιος maculosus. Nos maculam in fronte equi adpellamus *bles*, & gilvum *vaul*, quod Italis est *raglio*.

βαλλειν jacio: *vallen* cadere: *wal* vallum: *bal* pilæ: *bal-worb* propugnaculum.

βανα, vide *Ευη*.

βανας, βασιλευς παρα *Ιταλιωταις* οι δε μεγατος αρχων *Hesych.* Goth *fan* est dominus, & Belgis *bander heeren* magnates, a primit. *ban* jurisdictionis, territorium.

βαπτειν *baden* tingere: *betten* fovere, tingere.

βαριτος *barff* barbitus: Alam. *barison* instr. musicum.

βαρις cymba qua Aegyptii mortuos deportabant: nos loculum s. feretrum nominatus *Baari*: Ionibus *Βαρις* navem designat, nobis *ba. k* navent actuariam.

βαρος *ονομα κερειου* *Hesych.* i. e. nomen proprium: *Bero* aut *Pero* ap. *Schiottelium* invenio inter nomina propria quod explicat *der Beer* Ursus, qua cum voce & aliae multae compositae inveniantur quae nomin. propr. vicem obeunt, ut *Bernbart*, *Berngerus*, *Bernholdus*. Quid autem si legamus: *Βαρος ονομα κερειου*; nam veteribus *baren*, qui nunc *baroenen*, erant domini nobiles sive *Vrybeeren*, *Freybarten*, & *Bar* s. *Ber* antiquitus sonabat virum.

Βαρος

Βαρος veter. *borde* Alam. *buerde* onus: *beuren* tollere: Dubito an huic referendum quod *massas auri baren gouts* vel *gout in baren* nominamus.

Βαρυς gravis: *bars* superbus, morosus. Forte hinc est *Baroen* vir nobilis, ut *Graaf* vel *Grave* a gravis.

Βασιλευς *Baas*, *Βασιλινη* *Bazinne*. Nemo melius haec edifferet quam M. Z. BOXHORNIUS, cujus verba in Epist. ad Blancardum scripta ex Curtio Snakenburgii rursus hic sistemus: „ *Bassus*, *Bessus* praefectus. Est quidem proprium illud apud Persas nomen, sed ex appellativo quod *praefectum* notat, factum; quemadmodum & *Artabassus* quod significat principem purpuratorum. *Bassa* proprie Turcis, qui ex Scythis orti quemadmodum & Persae, notat *caput*. Cui simillimum est vetus Saxonum *Beach* vel ut alii scribunt *Beaz*; quod ornamentum capitis, coronam & galeam & caput interpretatur vir eruditissimus Joannes Laëtius in Lexico suo Anglosaxonico, dignissimo vel sola Germanicarum antiquitatum illustrandarum causa, quod in lucem aliquando prodeat. ” [Hodieque superioris Germaniae civibus in usu est *Berzel* pro vitta muliebri.] „ Leunclavius in Onomastico: *Bassa* & *Bassi* Turcis *caput*, *bassiere* *capita* sive *duces*, ut a κεφαλη Graecis sunt dicti κεφαλαιδες, ut *Aris* a capite *Capitanei*. Noti hodieque in aula & imperio Ottomannidarum *Bassae* i. e. praes

„ praefecti. Germanis quoque, Belgis certe no-
 „ stris non ignotum id nomen est: *Bazen* illis
 „ dicuntur praefecti, *werkbazen* operis praefecti.
 „ Neque dubitandum quin ex Scythico illo ve-
 „ tustissimo vocabulo factum sit Graecorum Βα-
 „ σιλεις i. e. Rex.

βασσαρα meretrix: *Bastart* nothus.

βασσαρα Baccha: *Brassen* comissari.

βασταγμα *bast* clitellae.

βασιαζω porto: *beest* jumentum.

βατεειν *waden, wadden* vadare.

βατιακη poculi genus, & βατιανειου vas quod-
 dam, Lat. *Batiola*. An huc faciant Hebr. כב
 Hieronymo *Bathus* sive *Vadus*, Gr. Βατος &
 Βαδος ap. Hesych. Latin. *Vas*, Germ. *fasz* & Belg.
Vat cujus diminutivum *vateken*, eruditiores ju-
 dicent?

βαζειν *bassen* latrare, Teut. *gautzen*.

βακαλις vas angusti oris; it. vas ad refrigeran-
 dum: *Bokaal* Scyphus major.

βδετις *veest* visio: βδειν convenit cum nostro
sich bedoen, quod Austriaci *bdæn* dicunt, *cacare*.

βελονη *spelle* acus.

βελος *pyl*, Alam. *pfeil* sagitta.

βελτερος *beter* melior, βελτιστος *beste* opti-
 mus: huc pertinet *wel*, de quo in *κειμηλιου*.

βευδος, εα. H. Stephanus in Indice inter alia
 haec habet: " Didymus exp. *δερματα*, dici scri-
 „ bens qf. *βοευδα*, ut sint *βοεα δερματα* in qui-
 „ bus est *ευδειν*: vel etiam *τα ευδιαν παρεχοντα*
 ημιν.

„ ἡμιν. Herodian. pleonasmō τὸ Β παρα το εὐδειν
 „ dici autumat. ” Pro eo in Hesych. meo invenio Βεδος, sed quia antecessit Βετης, ordo litterarum docet Βευδος esse restituendum. Hinc Goth. *Bad* & Belg. *bedde* derivat Junius in Glosfar. ubi & super voce *Budae* pro storea remittit lectorem ad If. Vossium in *Melam* & ad *Salmasii Plin. Exercit.*

βηκη capra & ovis: *Bigge* nefrens.

βηνα, vide *ευνη*.

βηρυλλος *beril* beryllus.

βιαζομαι Dor. βιασδομαι cogere: Goth. *biudan*
 & Belg. *gebiden* imperare, jubere.

βικιον *wikke* vicia.

βινειν, vide *ευνη*.

βιονν vivere, βιοτη vita: Goth. *viwan*, nobis *wewen* pro *leven* vivere, aut *zawewen* versari, in usu est.

βιτλος Aeol. pro *μιτος* ab Aeol. βειν pro *μειν* obsoleto, id est ligare *binden*. Vide Fr. Jun. in *Biudan*.

βλαστανω germino: *blat* folium.

βλαυται calcei: *plattyn calo*, calopodium.

βλαυτουν sandalio verberare: Teuton. *blaueen*, Belg. *blouwen* vel *blont en blaau slaan* verberibus lividum reddere.

βλητρον clavus ferreus: *plugge* clavus ligneus.

βληχασμαι *bleeten* balare.

βληχρος inbecillus: *bleek* pallidus.

βυδιον Hefych. & ὑγρον & ζεον exp. quae optime sanguini *bloet* conveniunt.

βυειν υιοειν manare, it. emitto abundanter, quod convenit nostro *bioejen* flores emittere, unde υιοεσση & *bloem* flos.

βοκειν *baurwen* clamare.

βοεια ταυραε: *boejen* compedes,

βση ιοβα clamor.

βοηθειν *baten*, Goth. *botan* prodesse, juvare.

βοηθος auxiliator, minister: *Vaocht* administrator, tutor: *Boae* internuntius,

βοιωτια: *Bot* stupidus, Boeotici ingenii.

βοθος fovea: *Bodem* fundus.

βουλος *bul* bulbus.

βουλος pro *μολγος*, βουλος ασκος Hefychio, affine nostro *Balg* venter, Gothis sane utres dicuntur *halgeis*,

βουλω jacio: *Bolt* s. *bout* obex, jaculum: *Bolwerk* moles objecta, propugnaculum.

βουλις *ryke* perpendiculum nauticum.

βομβηχιον. H. Steph. T. I. p. 1899. " Scribit .. Suidas, Βαμβηχῆ ἢ Παμπηχῆ καὶ Παμβηχίς, τὸ .. παρὰ πολλοῖς λεγόμενον Βομβηχιον. Et alibi itidem: Παμβηχῆ καὶ παμβηχίς, τὸ παρὰ πολλοῖς λεγόμενον Βαμβηχιον. Observa autem Βαμβηχιον .. ibi scribi, quum ex Nicolao Myrepsso afferatur Βομβηχιον per o in prima syllaba, qua .. scriptura cum appellatione Italica convenit, .. Bombaza. At nobis *Bombasin* aliud est, vocantibus *Cotton* quod illi *Bombazo*. Quinetiam cum

„ eum nomine Bombyx scriptura illa convenit, ”
 quod deinceps pluribus exsequitur. Kilianus
 haec habet: ” *Bambafyn, boombafyn, boom-wolle.*

„ Goffipium, xylum, goffipium linum, xyli-
 „ num, lana xyliua, sive de arbore, aut ligno,
 „ βαμβαξ, βαμβακιον vulgo bambasium: & bam-
 „ basium q. d. boom-sye i. sericum arborum, gal.
 „ bombasin: Ital. bombagia, bambace.

βομβειν *bommen* apes dicuntur, & eorum so-
 nitus *bombus*; & *hommel* Flandr. pro *hommel*
 fucus est. Item nos sonum nolarum designamus
 vocabulo *bamban*.

βορα *voer*, *voeder* pabulum.

βορος *vreter* edax.

βοσκειν *pasco*: *Bosch* nemus, saltus.

βοστρυχος compositum in fine mea sententia
 ex βοιξ, τριχος. Principium respondet nostro *bos*
manipulus, fasciculus, & ita βοστρυχος sive βο-
 στρυξ significat *bosje hair* i. *cinninum*: An ma-
 vis huc vocare *borstel* seta?

βοτειν βοσκειν *Hef*, unde βοταινη esse credo,
voeder alere, pascere.

βοτηρ *voeder*: βοτεια *voedster*.

βοτον *pecus*: *Bos* brutus.

βουαυξ *druis* uva: *Tres* racemus: *Bos*, *hette*
gemma in vite aut alia arbore.

βουβαλος *buffel* *bubalus*.

βουγενεις apud Callimachum teste Hesychio,
 quae βουγενες Varroni de R. R. Lib. II. c. V.
 apes *byen*.

βωλη *wille* voluntas; βουλομαι *willen*, Alam. *wollen* velle.

βουνος Alam. *buehel* collis: item *buehne* solum superius, unde *schau-buehne* theatrum. Aeol. δουνος dicebant, uti οδελος quoque pro οβελος; hinc Galli Cisalpini *dunum*, Belgae *duin* vocant colliculum marinum, seu tumulum arenae h-toreae.

βουτυρον *boter*, *butter* butyrum.

βοειν *voejen*, *voeden* alere, pascere.

βραθειον praemium: *Braaf* fortis, bonus: καταβραθειειν *braveren* superbe provocare, ferocire.

βραζειν *bruiffchon* fervere: *braden* torrere: *brassen* comissari.

βρακος Aeol. pro ρακος lacera vestis: *Broek* caligae, braccae.

βραπτειν Hesych. εσθιειν, τῷ στοματι ἔλκειν, *uteren* vorare, *brassen* epulari.

βραγχια branchiae: *Boxhorn*. hinc deducit *franje* fimbria.

βραχειν crepare, proprie de re quae frangitur: *kraken*, Alam. *krachen* id. *Breken*, Alam. *biechen* frangere.

βρεχμα sinciput: *brein* cerebrum.

βρεμειν unde βεβρομα & βρομος, *bremmen*, *brammen* fremere: Brabantii *bremme* dicunt & Alam. *bremse* asilum, tabanum.

βρεχειν *beragenen* madefacere.

βρηγη Aeol. pro ρηγη *breuk*, Teut. *bruch*. Vide Junii Gloss. voce *Brikan*.

βρηθ.

βριθσαν Hefych. exp. λαμπρσαν : convenit Angl. *bright* & Goth. *bairht* clarus, lucidus. Deducebam prius nostrum *baar* ab illo Goth. sed nunc video propius accedere ad Graecor. παρα, de quo postea.

βριμουσθαι frendere : *briischen* rugire.

βρογχος guttur : *ronken* stertere : *rochelen* scire.

βροντη *donder* tonitru.

βροτος *bros, broos* mortalis.

βροχω deglutire : *brok* ossa, frustum. *Breken*, Teut. *brechen* frangere (dentibus.)

βρωγμα *brok* morsus. Item Gelri *bruch* vocant quod Hollandi *boterham*.

βρωκειν mordeo, deglutio : *brokken* in frustra carpere.

βρωτων, παν το εκ τρωφης ποτον Hefych. *biir dat men brout*, cervisia: It. Alam. *bruehe* jus, & Belg. *bry* puls.

βρωτειν Hefych. εσθειν *vreten*.

βρυνειν scaturire : *bron, brun* Alam. fons. Joh. Brunius J. F. in *Jocoseriis* p. 99. *Bruien* & *Bruit* a βρυνειν deducit: " Auditum mirum quam varias
 „ verbum *Bruien* ap. nostros significationes obti-
 „ neat. Originem trahit a βρυνειν
 „ pullulare, sicuti *futuo* a φυτνω: utrumque a
 „ plantis, honesta translatione: ut Virg. *arvum*
 „ *genitale*. Nisi quis malit verbum *Bruien* a *Broe-*
 „ *jen, Brenden* s. *Broeden* deducere, a quorum ul-
 „ timo componitur Belgicum *broed-ei*. *Bruide-*
 „ *gom*

„ *gans* hinc quoque derivandum, nam posterior
 „ syllaba *Gans* significabat Germanis veteribus
 „ virum: qua de re consulendus Martinus sub
 „ voce *sponsus*.” Tu vide nostrum *γανωω*.

βρωωδης muscosus: *Broek* palus, uligo. Gr. quos
 que exponitur mollis, & sic refero ad nostrum
broos fragilis.

βρωωκειν edere: *brassen* & Alam. *fressen* heluari.

βρωτιμν Athenaeo panis fuffuraceus, *βρωτ*
 & Homero *βρωτος* cibus: *Broot* panis.

βρωειν referre: *bruzen* se inebriare.

βυβ gurges: *put* puteus: *bodem* fundus:
Puis Brab. & Selandi ranam dicant.

βυκαμν βαζμν buccina: *bakhuus*, *bakkes* buc-
 ca, os.

βυλλ oppletus: *vol* plenus: *vullen*, Alam.
faellen replere: *bul* tumidus, convexus. Hinc
 mihi Latinorum *Bulla* videtur deditendum, &
 nostrum *bul* i. diploma. Alii aliunde derivant, de
non illi sed aliis quibusvis. Quod si ἐς αὐτὴν διαβέβηκοτι ἤδη Περικλεεὶ στρ. ΑΨ. ἠγγέλθη αὐτῷ dixisset, manifestus foret pleonasmus, ut in hoc ejusdem, Libro III. pag. 151. Τῷ δὲ Ἰπποκράτει οὐτι περὶ τοῦ Δηλίου ὡς ΑΥΤΟΙ ἠγγέλθη ὅτι Βοιωτοὶ ἐπερχονται, πέμπει τὸ στρατεύμα. Similem habes in Herod. p. 124. v. 10. ad q. 1. Gronovius consulendus. LXX. Interpretes quamvis ex Hebraico idiomate videntur transtulisse (καὶ Ἀβελ ἠνεγκε καὶ ΑΥΤΟΣ ἀπο τῶν πρῶτοτοκῶν τῶν προβάτων αὐτοῦ Genes. IIII: 4. *En Abel DI bracht ook van de eerstgeborenen zynen schapen*, & cap. XXII: 20. ἰδοὺ τέτοκε Μελχὰ καὶ αὐτὴ υἱοὺς τῷ Ναχωρ τῷ ἀδελφῷ σε. *zint Milka DI heeft ook Nahor uwien broeder zonen gebaart.*) tamen consentientem habent Aelianum Lib. I. V. H. c. 19. Καλοφώνιος φασὶ καὶ αὐτὸς διὰ τὴν παύσιν τρυφὴν ἀπολεσθαι paulo post καὶ ἡ τῶν Βασιλευσίων δὲ τῶν ἐν Κορινθῷ ἀρχὴ καὶ αὐτὴ κατελύθη. Cap. seq. Καὶ τὸ ἀγαλμα δὲ τῶν Ἀπολλωνίου περιεσύλησεν, ἔχον καὶ αὐτὸ χρυσοῦς βραχίονες. Hinc jam dubito an in talibus sit pleonasmus statuendus, & nonne potius reddenda sint per *ook zelf*, e. g. *En Abel bracht ook zelf van Milka heeft ook selve. . . . Men zegt dat ook di van Kolofon selve, vel dat ook zelfs di van Kolofon.* Num vero Ael. cap. seq. 21. cum ait εἰ δὲ μὴ, τὸ αὐτὸ σοὶ ΤΟΥΤΟ καὶ δὲ ἡμῶν ἀνυσθῆσεται pleonastice locutus sit nec ne, judicent Lectores. Latini quoque sic loqui non du-

dubitarunt, ut Terent. Prof. Ad. Senes qui pri-
mi venient, HI partem aperient. Livius l. c. 26.
huncdine quem modo decoratum . . . vidistis;
EUM sub furca vinculum &c. VIII: 37. quo-
rum eorum ope ac consilio.

V I.

Pleonasmus etiam ellipticus fit per pronomi-
num primitivorum dativos *ἐμοί* mihi, *σοί* tibi,
ἡμῖν vobis, *ὑμῖν* vobis, *ὑμῖν* & vel *υἱ*. vobis, id
quod maxime locum habet in monitis & praece-
ptis, unde Gnomographis nihil eo familiarius.
Sed inquit B. L. quid istuc verbi est? *pleona-*
smus ellipticus? Dubito enim, pleonasmus dicen-
dus sit cum Doctiss. Jepsio in Lectt. Lucian.
p. 61 - 63. atque aliis, an ellipsis cum Sylburgio
& Stephano, quorum alter ad Theogn. vi, 155.

Μη ποτε ΜΟΙ πένην συμφορὰν ἀνδρὶ χαλεθῆεις,
Μηδὲ ἀχρημοσύνην, Κυρνε, κακὴν προφῆε.
*Kyrnus dat gy ME nooit imant zyn armoede of ge-
brek voorwerpt, wanneer ge op hem verstoort zyt.*

notat: " *μοί* ferri potest, familiari ellipsis ge-
neris, pro *si tibi vis obsequi*. quidam libri ha-
bent *τοί*. " Alter in conven. L. Gr. & Gall.
p. 30. haec habet. " Lucian. Tox: *καὶ μοί ἐπ'*
ὀφθαλμῶν λαβὴ τὴν ἐπαναστάσιν τῶν κυμάτων.

T t

Metz

„ *Mets moi devant tes yeux les vogues s'élevans.*
 „ Quod sic resolvi poterit: *En m'écoutant,*
 „ *mets &c. Retien moi bien cela,* pro *retien bien*
 „ *ce que tu ois de moi.* p. 32. εἶπας, εἶπῃ, ὄγε
 „ εἰμὲν ἁλοχῶν ἀκριβοῖ σοι πάντα τα παρὰ σε Χε-
 „ noph. II. Pæd. p. 28. (p. 32. in meo exempl.
 ubi male legitur ἀκριβῶ) ” quod σοι emphaticum
 „ est, pro *pour te complaire.* Lucian. Jove Trag.
 „ *τι δ' οὐν ὦ Ζεῦ χωριακῆς ἡμῖν; mais dont vient*
 „ *Jupiter, que tu nous es palli ainsi?* qf. dicat,
 „ *en nôtre presence.* ” Sic Tit. Livius XXII.
 c. 60. Haec NOBIS ipsorum per biduum mi-
 litia fuit. Chrysoft. Ἀλλὰ σὺ βλέπε μοι τὴν πρῶ-
 τὴν ἰσονομίαν *maar beschou my eens de aloude ge-*
lykheit (aller menschen). Hooft in Warenar: *blyf*
me daar zitten spinnen, &c.

CAPUT QUARTUM

de Verborum cum Nominibus constructione,
quod ad numeros & casus attinet.

I.

VERBA substantiva & similia utrimque nomi-
 nativum recipiunt in Belgico non minus
 sermone quam Graeco aut Latino. e. c. Φιλιππος
 δια τῆσων ἡσθη μέγας Demosth. Olynth. 2. Φῦναι
 δὲ Κυρος λέγεται καὶ ἀδεῖται ἐτι καὶ ἡν ὑπο τῶν
 βαρβαρῶν εἶδος μὲν καλλιστῶ, ψυχὴν δὲ φιλα-
 ῶ.

Φρωποτατ⊙, και Φιλομαθεστατ⊙ και Φιλοτιμο-
 τατ⊙. Xenoph. p. m. 2. post m. Ει δε μηδεις αυ-
 υμων αξιωσει ζην αποστερημεν⊙ της πατριδ⊙;
 Hocr. Archid. επει δε ο αυτελ⊙ προσεθηκε και
 εκεινο, οτι νικων τεθυηκε, παλιν ο Ξενοφων επεθετο
 του στεφανου. Aelian. III: 3. Hoofdius in V. H.
 M. p. 21. *ende jammer dat hy geen oppervorst ge-
 boren was. & superius in Dedicat: Maar alle
 exempelen strekken zoo klaar een spigel nit. Von-
 del in Metam. I. vf. 580. Vergun me dat ik leve
 en sterve reine maagt. Lib. II. 945. en strekte,
 (ita enim legendum) scheutig lang, Een eer des
 ommegangs. VIII. 1123. Zy heeft meer zwiirs
 dan toen ze een vroumensch wert geboren. L. Rot-
 gans in Encaeniis rustic. L. II. p. 35. de Poëtis:*

*Zy bouwen in de lucht kastelen, en zy droomen
 Van liefde, van verstant, van schoonheit, ('tis wat raars)
 Van rykdom, eere en staat: maar sterven bedelaars.*

I I.

Nunc ad observationem venio, quae huic opusculo prima causa atque origo existit; nam quum eam ante hos novem annos in Hoogstratani aureo libello de Genere Subst. legerem, incessit animum lubido etiam alias, si quas invenirem, Graecarum & Belgicarum phrasium convenientias adnotare. Quare vel hoc nomine, nisi per se quoque dignissima esset, nos impellit ut

ei longiuscule inhaereamus. Ipsam Cap. I L. I, p. 4. & 13. verbis BRUKHUSII & HOOGSTRATANI proposuimus, qui ab HUIDE-COPERO castigantur pag. 345. quod soli HOOFDIO hanc Hellenismi imitationem adscribant, tametsi multis ante eum seculis sic locuti fuerint scriptores Belgici, ut ipse seqq. pag. ostendit. Nos, ne confuse sese dispergat oratio, hujus paragraphi tres partes constituemus: in prima Graecorum idiotismos tractabimus, in secunda quid Grammatici aliique Viri Docti de figurata ista syntaxi statuerint, quae ratione explicauerint, referemus; in tertia denique nostram sententiam ex comparatione aliarum linguarum, imprimis Latinae & Belgicae, proponemus.

(I.)

Plurali nominum neutrius generis Graeci subjungere solent verbum singulare. DIODOR. τῷ ἀργυρίῳ ὑποτάσσεται πάντα. ISOCRAT. ταῦτα γὰρ σοιχεῖα πρῶτα καὶ μέγιστα τῆς πολιτείας ἐστί. IOAN. EUANG. X; 3. καὶ τὰ πρόβατα τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούει. IN ACTIS APP. XXIII; 26. ἅμα δὲ καὶ ἐλπίζω, ὅτι κληματα δόθησεται αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Παύλου, &c.

(α.) Quod alii in neutris, idem sibi permittunt non tantum Boeotii, ut Apollonius censet, (quod scil. Pindarus Thebis Boeotiae esset or-
tius) in masculinis & foemininis, maxime Poetae,
verum

verum & ipsi Attici, ut mox patebit: *Pindar. Olymp. XI. Od.* Εἰ δὲ συν' ἰονῶ τῆς εὐπρασσοῦ, μελιγαυῆες ὕμνοι Ἰσέρων ἀρχῆν λόγων τελλεται, καὶ πῖσαν ὄρκιον μεγάλας ἀρεταῖς. Sed Graecus interpres ad hos versus ita scribit; σημειῶσαι ἐν ταύτῃ τὸ τελλεται αὐτεῖς γὰρ οὐτε τῶν προγεγενησθῶν οὐτε τῶν ἐπιταῶν ἐν τοῖς ἀρσενικοῖς ἢ θηλυκοῖς ὀνομασί τῷ ἐνικῷ ἀπὲρ πληθυντικῆς ἐν ἁπλοῦς, ὡστερ αὐτός. Hinc ut convitatem hanc effugiat, refert ipse verbum τελλεται ad sequentem singularem πῖσαν ὄρκιον; hoc ordine: οἱ μελιγαυῆες ὕμνοι ἀρχῆν καὶ πρῶτα εἰς τῶν Ἰσέρων ὑπερ' αὐτῶν λόγων, καὶ πῖσαν ὄρκιον τελλεται ταῖς μεγάλας αὐτῆς ἀρεταῖς. Idem facit Benedictus pag. 204. sequendo Triclinii sententiam. Sed falluntur certo certum. Non opponemus eis *Euripidis* hoc: ἐννῆ δὲ φανταί γραμμασιν τῶν δ' ὑφ' αἰ. Inerant autem in textae picturis tales texturae, nec obiciemus *Hesiodi* *Θεογον.* versum 321. Τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί, *Illius erant tria capita*; Neque urgebimus locum ejusdem *Erg.* 149. Τοῖς δ' ἦν χαλκεῖα μὲν τεύχεα. Namque pro eis ad haec respondet *Scholias* *Hesiodi*, his verbis: τὸ ἦν ἀπὲρ τὸ ἦσαν, ὡς παρὰ Σωφοκλεῖ, ἦν δὲ ἀμφοῖν πλέκτοι κλιμακῆς καὶ ἀπὸ ταύτων γίνεσθαι κατὰ συγκοπὴν τῆς, πα, ἀλλοδαῆς. Verum sunt alia indubitata exempla, quae & *Pindaro* *Bosoticum* lutum abstergunt, & hanc syntaxin Atticis vendicant. Sic enim *PLATO* in *Minos*: πολλῶν γὰρ ὄντων ἀνθρώπων καὶ ἑλληνικῶν καὶ βαρβαρικῶν, οὐκ

ΕΣΙΝ, ΟΙΤΙΝΕΣ ΑΠΕΧΟΝΤΑΙ ΣΥΜΠΟΣΙΩΝ Η ΚΡΗΤΕΣ. *Plu-
ra suppeditabit Budaeus in Comment. L. Gr. p.
m. 958. ARISTOT. IV. Probl. 32. ουκ ενεξεφνε-
το τοις μεν αι τριχες, τοις δε τα πλερα. Et alibi:
λεγω δε αρχαις εν εκασω γενει ταυταις, αις, ο,τι
εσι, μη ενδεχεται δειξαι. His accedat GRE-
GOR. NAZIANZ. Orat. XXVIII. κατεσκευασαι
αυτω πλερυγες ωσπερ αετου. Debemus haec ma-
ximam partem JAC. GRETSERO in Syntaxi L.
Gr. p. 4. & Gallico Auctori Novae methodi pag.
412. Nunc addimus Triclinii Scholion in So-
phocl. Antig. vi. 1136. Ουδ' ορμις ευσημους] ισησον
οτι ενικως πρωτον επων το ορμις, επειδη εκ εις ην
ο ποιων την βσην, αλλα πολλοι, προς πληθυντικου
απεδωκε το βεβρωτες. ει και αμαθεις τινες το ορμις
αντι τε ορμιθες φασιν, και το ροιβδει αντι τε ροι-
βδωσιν εκ ειδοτες οτι μονον εν εδτετεροις πληθυντικοις
τα ενικα τριτα προσωπα των ρηματων αντι πληθυν-
τικων λαμβανεται, ως αλλα τε πολλα μαρτυρει,
και το παρα Λεβανιω Ηρα γαρ, φησι, τα μειρα-
κια τε γεροντος ει και εν Πινδαρω που ευρηται μο-
νω Ηρα Μηδειας επων στιχες Pythior. III. Od.
p. m. 331.*

(β.) Ipsi tamen Attici neutris interdum plu-
rale verbum subjungunt, ut ISOCRATES: ολιγα
δε κατα παντων ειπεν, αι τοις ακουσασιν ορηγη
αξιαν, εμποιησουσι των τετραμμενων, νεωτερους μεν
ων, ισως εξευρον. *Pauca vero de omnibus dicere, quae
auditores inflammarent, potuisssem forte, si junior es-
sem.*

sem. THUCYD. επιθυμια μεν ελαχιστα, προνοια δε
 πλειστα κατορθουονται. JOAN. EUANG. X: 8. αλλ'
 ουκ ηκουταν αυτων τα προβατα. LUCIAN. *de Gy-*
pnas. p. 403. D. αφ' ων τα τε ευθυως διακειμενα,
 βελτιω παρα πολυ γιγνοιντο αν. Quum vero con-
 tinuo sequatur, και τα Φαυλως εχοντα μετακο-
 σμοιτο προς το βελτιον, CLARISS. JENSIUS po-
 ster in *Leßt.* *Lucian.* p. 356. *planum est,* ait;
legendum vel γιγνοιτο vel μετακοσμοιτο. *At*
prius est ελληνικωτερον. Mox alia ex Luciano &
 Aeliano pluralis verbi exempla citat. In epistola
 autem Eruditissima ad Virum immortalis nominis
 Joh. Graevium pag. 414, 415. longe insigniores
 singularium pluraliumque verborum συγχυσεις
 profert ex Diodoro atque Aeliano, e. g. V. Ποι-
 κιλ. c. 8. τα σκωμματα και αι λοιδορειαι ουδεν
 μοι δοκει δυνασθαι. Εαν γαρ στερεας γνωμης λα-
 βωνται, καταλελυνται. εαν δε αγενεος η ταπεινης,
 ισχυσε και ε μονον ελυπησε πολλακις, αλλα και
 απεκτεινε *Sed haec forte meliora*
sperare licet, ita pergit Jensus, *ab elaboratissima*
editione, quam brevi prodituraam puto cura soler-
tissimi in his literis Viri, Jac. Perizonii, dilecti
mibi nominis. At is haec satis duxit adnotasse:
 „ *sicuti* autem hic mutatur forma numeri in verbis,
 „ *δοκει, λαβωνται, καταλελυνται, ισχυσε, ελυπησε,*
 „ *sic X: 3.* ” quem locum Doctiss. Jensus quo-
 que adduxerat. Quum autem Cl. Perizonius
 testetur Lugd. Cod. hic habere λαβηται, vix du-
 bito, quin & καταλελυται sit refingendum, quod
 illud

illud facilius multo librariorum lapsu in καταλέ-
 ληται depravari potuit. Quid tamen de his *70*
Ιουδα Ευαγγελισται locis Cap. X. dicemus? v. 4.
 Και τα προβατα αυτω ακολουθει, οτι οιδασι την
 φωνην αυτου. v. 12. & ουκ εντι τα προβατα ιδια.
 v. 16. Και αλλα προβατα εχω, & εκ εστιν εκ
 της αυλης ταυτης ποσειδα με δεε αγουειν και της
 φωνης με ακουσαι.

(VI.)

Jan rationem hujus Syntaxeos in L. Graeca in-
 quirere lubet. PRIMO JOH. VERWEY in N. V.
 descendit Gr. pag. m. 228. ad hanc regulam ita
 commentatur: "Ex nemine unquam mortalium
 mihi discere licuit rationem hujus structurae.
 " *Docteur Paris.* p. 379. causam ducere voluit
 a syllepsi, Graecismum hunc comparans cum
 illo Virgiliano: *Turbarunt* . . . Ego . . .
 Graecorum puto artem esse examinandam: Sci-
 licet cum numerus *πληθυντικος* plures partes
 vel species repraesentet, eas in unum genus
 & totum cogere verbum *ενικον*. Ut ergo in
 toto partes mirifice congruunt; ita, quae plura
 numerantur, pulere consentiunt in uno singu-
 lari verbo, ut concinna admodum, lepida &
 jucunda ad aures, praesertim Atticas, acci-
 dere debuerit haec concordia discors. Etenim
 τα ζωα τρεχει, tantundem valet, ac si dixe-
 ris; γενος τι τρεχει, τα ζωα τς γενος ειδη: vel,
 ζωα ως πληθος εν τρεχει Sed ista
 scri-

„ scribentis secundus animum subit explicandi
 „ modus. Antea verbum congruere generi vel
 „ toti *συνήματι* & diximus & probavimus:
 „ Nunc quodque *individuum*, vel unam partem
 „ ex universo genere aut specie intelligi posse
 „ contendemus. Quare ne pures solius neutri
 „ gen. candellis se Graecos circumscriptisse,
 „ masculini exemplum Platonicum, *οὐκ ἔστιν*,
 „ *οἰτίνες ἀπεχόνται συμποσίων ἢ κρητῆς*.
 „ nulli sunt qui perinde abhorreant a symposiis
 „ ac Cretes, explicabimus ex illo *ΑΕΛΙΑΝΙ*
 „ Lib. I. V. H. de rege loquentis: *Πάντες αὐτῶ*
 „ *Πέρσαι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἕκαστος πρὸς-*
 „ *κομίζει*. *Omnes illi Persae pro suis quisque*
 „ *facultatibus munera offerunt*. Si ergo dices,
 „ *ἔστιν ἄρτιες τρέχουσι*, *sunt qui currant*, pro
 „ *εἰσιν*, valebit *ἕκαστος* vel *εἰς ἑστί τῶν ἀνδρῶ-*
 „ *νων*, *εἰσίνες τρέχουσι*. Pari ratione *τα ἴσα*
 „ *τρέχει*, ex Aeliano dixeris, *τα ἴσα ἕκαστου*
 „ *τρέχει*. Quae partim hinc sequuntur, par-
 „ tim superius ommissa sunt, ea ex ipso Verwey
 „ perant, quibus videbitur.

Uti autem huic Grammatico expositio Docto-
 ris Paris. displicuit; ita vicissim STEPH. BER-
 GLERO minime satisfecit, qui in praefatione ad
 Iliadem Homeri concinnata p. g. ita disserit:

„ Incidi in Librum, qui profertur *Novam*
 „ *Viam docendi Graeca*; ibi forte multa egregia
 „ invenientur, quia *Nova* est; mihi tamen sic
 „ temere aperiendi nuper Librum illum, obtulit

„ se quaestio, novo quidem modo explicata,
 „ sed ita explicata, ut satius fuerit Veteres ibi
 „ non neglectos. Ad canonem notum: *Neutrum*
 „ *plurale gaudere verbo singulari*, annotavit Au-
 „ ctor: *Ex nemine unquam mortalium sibi discere*
 „ *licuisse rationem hujus structurae*. Postea ita
 „ differit, ut plane arguatur *Apollonium* non tri-
 „ visse; qui tamen melius videtur illam rem dis-
 „ putasse Lib. III. Synt. c. 10. & 11. unde di-
 „ scimus: Hanc structuram in neutro genere τα
 „ ζωα τρεχει, τα παιδια λεγει, esse, quod ne-
 „ gari non posset, ακαταλληλον, i. e. minus
 „ congruam partibus inter se non recte aptis;
 „ sed esse occulte ακαταλληλον, nec semper:
 „ v. g. παιδια γραφει potest esse καταλληλος &
 „ congrua syntaxis, si accipias μεταβατικως sive
 „ transitive pro παιδας γραφει. Contra autem
 „ in masculinis & foemininis talis syntaxis nun-
 „ quam potest esse ita καταλληλος v. g. παιδες
 „ γραφει. nam εν μεταβασει dicimus παιδας γρα-
 „ φει, cum in istis non sit similis accusativus
 „ nominativo. Itaque crassior & apertior est
 „ soloecismus: οι παιδες γραφει, αι γυναικες λεγει,
 „ isto: τα παιδια γραφει, τα γυναια λεγει, ut
 „ dixi, quia per accidens ista quandoque re-
 „ cte componuntur, illa nunquam. Igitur ut
 „ in moribus & conversationibus elegantes qui-
 „ dam homines, Graece ειρωνες dicti, callide se
 „ simulant simplices, & in deteriorem partem
 „ inclinare, quod Socratem factitasse accepimus;
 „ ita

ita censeamus, scriptores Graecos simplicitatem quandam & incuriam prae se ferre voluisse, in hac structura” &c. Haec ad institutum nostrum sufficiunt. Vereor autem, ne subtiliter nimis philosophetur Apollonius, atque Berglerus falso suspicetur, *Novum Grammaticum* nihil habere, quod ad Scholiastae Pindarici effatum (superius a nobis citatum) respondeat, sed alterum habere. Mihi contraria stat sententia, eamque tribus adfertur eo rationibus: **PRIMA** est, quod Apollonius de verbis transitivis tantum agit, nullam vero eorum, quae non μεταβατικῶς construuntur, ut sunt verba substantiva, passiva & alia, mentionem facit. v. c. *ἰὰ τὰ ζῶα τρέχει ἅπαντα ἔσται κοινὰ ταῦτα πάντα προστεθῆσεται ὑμῖν* dicimus, quatenam hic καταλληλῶς & congrua syntaxis esse potest? **SECUNDA**, quod omnem sibi viam praecidat idem Apollonius ad inveniendam rationem qua masculinis aut femininis pluralibus singulare verbum subjungitur, ut in hoc Aelian. V. 8. *τὰ σκωμματα καὶ ἅΙ ΛΟΙΔΟΡΙΑΙ οὐδὲν μοι ΔΟΚΕΙ δυνασθαι*, & altero Pindarico *ἀχέεται ὀμφαί μελεων*, quae circa fin. p. 357. adjicere neglexeramus. Quod autem ad Scholiastae effatum respondeat Verwey, habet utique; nimirum una cum aliis illum falli, siquidem non solus Pindarus ita sit loquutus. Verum enim vero non injuria quis objiciat rogando, cur tamen frequentissime neutris, rarissime masc. aut femin. junctum inveniamus verbum

bum numeri singularis? Quam profecto quaestio-
nem Verwey nequaquam praevenit: sed TERTIAM
e nostris rationibus tale quid roganti sa-
tisfacturam esse speramus, quae ex aliarum ma-
xime linguarum usu & syntaxi petetur.

(III.)

(a.) Quae collective sumuntur, cum in Lat.
tum in Belgica lingua plerumque neutro genere
usurpantur: sic dixit Cicero, *qui L. Antonia
mille nummum ferret expensum*. Varro, *ad Ro-
muli initium plus mille & centum annorum est*.
Lucilius, *Tu milli nummum pates uno quaerere
centum*. Haec exempla praeter alia citat GEL-
LIUS I: 16. ut doceat qua ratione mille cum
verbo singulari construatur. Addimus Vellej.
Libr. II. de Curione, *an accepto centies sester-
tium fecerit*. Cicer. III. in Verrem, *sestertium
decies numeratum esse*. Liv. III: 17. *Non, quid-
quid patrum plebisque est, & XXXX: 16. sic.*
TRANSLATUM, *argenti ponda novem millia tre-
centa viginti, auri octoginta ponda, & duae co-
ronae aureae ponda sexaginta septem*. Plautus
Bacchid. III: 4. 74. *Quae imperasti, imperatum
bene bonis factum illico est*. Trin. II: 1. 27. *Amar
amara dat tibi satis, quod aegre sit*. Huc refero
verba impersonalia passivae formae, nam *ventura
est, itum est, cursum fuit* vix aliter quam de pluri-
bus hominibus dicitur. Jam & Belgica videamus:
het zaat fermen; *het graan* frumentum; *het suiker*
res

res sacchari quum pro merce adspicitur, alioqui de suiker dicimus; *het rozyn* uvarum passarum merx; *het haas*, *het visch* leporum, piscium copia, sed de haas, de visch lepus, piscis unus; *het maagschap* cognatio omnis, cognati, de maagschap cognatio, sensu abstracto; *het genootschap* societas; *het dozyn*, *het hondert*, *het duizent* numerus duodenarius, centenarius, millenarius; *het menschedom* humanum genus; *het Engeldam* angelorum coetus; *het gevogelte* plumigera gens, alitum genus; *het gedierte* ferae, bestiae; *het geboonte* arbores, de boom arbor; *het bosch* silva, de vederbosch crista, de haarbosch coma; *alles omnia* &c.

(β.) Hinc factum ut in similibus etiam dictionibus, quum quid colectivo modo, quasi unum genus sit, consideratur, Belgae aliaeque gentes pluralem & singularem confundant. Sic Hebraei vocabulum *E. L O H I M*, quamvis numeri pluralis, construunt cum verbo singulari: Sic Galli dicunt, *il y en a qui soutiennent*, *il y en a est mille tuez* vel *de tuez*, *il est passé par là dix mille hommes*, *il est dix heures*, Belg. *'t is tiin ureu* &c. Sic inter Latinos dixit Cicero, *quo in funda mille hominum facile versabatur*, ubi mille valet unum mille. Livius VIII: 5. *Tum a consulis abire lectores iussi, paludamentaque detracta, tantam inter ipsos, qui paullo ante eos execrantes, dedecus lacerandasque censuerant, miserationem F E C I T*; hoc si cui durius videbitur,

legat cum J. F. Gronovio *fecerunt*, sed nescio an codices suffragentur. Mira quoque numerorum *συγχωσις* in eod. Livio, quam non nimis ab hoc loco alienam, notandam duximus, Libr. VI: 34. *M. Fabii*, inquit, *Ambusti filiae duae NUPTAE*, Servio Sulpicio major, minor C. Licinio Stoloni ERAT, illustri quidem viro, sed tamen plebejo. Similis est locus Sallustii, *servitia repudiabat, cujus initio ad eam magnae copiae concurrebant*, quem firmis rationibus firmavit pluribusque exemplis illustravit Eruditiss. Gotl. CORTIUS, Excursu VIII. p. 403, 404. ad Cap. LVI. Catilin. B. n. 5. quem tamen memoria fefellit, quum scribit: *Sic np. Ciceronem Lupercalibus, quo construxisse memorat Quinctilianus, ut intelligeretur quo die. Quod ut ostendam, tantum exscripto Quinctiliani loco opus est, qui habetur Instit. IX. C. III. p. 816.* " Ne ego „ illud quidem *aposiopesin* semper voco, in quo „ res quaecumque relinquitur intelligenda; ut „ ea, quae in epistolis Cicero, *Data Lupercalibus quo die Antonius Caesari*; quia nihil hic „ aliud intelligi poterat, quam hoc, *diadema „ imposuit.*" Qui plura de hac numerorum *συγχωσει* legere cupit, consulat PRISCIANUM L. XVIII. p. 1099. SANCTIUM & PERIZON. L. II. c. 9. p. 207. sq. VOSSIUM de Constr. p. 14. GRONOVII Observatt. L. III. c. 2. p. m. 186. BURMAN. ad Quinctil. IX. c. II. p. 790. DAVISIUM ad Cicer. de Nat. D. I. c. 19.

&

& 38. *BENTLEIUM* ad Horat. Carm. I. 24. v. 8. p. 61. it. III: 11. v. 9. p. 278. & alibi. At Serm. I: 4. v. 33. pag. 399. malim cum retinuisse *poëtas*, neque mutasse in *poëtam*. *ELSENERUM* ad Johan. XVII. v. 2. Gallicum auctorem N. *METH. LAT.* p. 431. *LIPSIUM* denique & *CELLARIUM* ad Plinii sive Panegyricum sive Gratulationem vel Gratiarum actionem mavis adpellare cum *Marcilio*, Cap. XI. fin. Addo unicum exemplum S. Marci C. XII. v. 42. και ελθουσα μια χηρα πτωχη εβαλε δυο λεπτα, ο εστι κοδραντης: *En daar kwam een arme weduwe di wierp twee kleine penninckens daarin, WELK IS een oort.*

(γ.) Sic *Zwaardekroon* in versione Belgica Heaut. III: 2. *daarmee is alle dingen wel*, & in Phorm. III: 4. *dat u de Goden en Godinnen, zoo veel als 'er zoo onder als boven de aarde is, straffen.* Sic Vondel *Metam.* VII: 266. *bet was dri nachten, eer de maan*, in q. 1. Huidecoper egregie commentatur, unde sequentia exscribimus: In Gaudano *Chronico* p. 63. *en daar wort 'er vyftig duizent verslagen.* Rhetoricor. collegium, *daar is 'er vele di ons zeer beminnen.* G. Brantius *Poëf.* pag. 38. *al wykt 'er tiin of meer, blyf gy ons by!* Tamen idem Huidecoper p. 579. merito damnat Vondelii v. 500. *Metam.* XV. *geen leden wort gegeven, pro worden gegeven;* it. alterum in *Oedipo* p. 50. *dat imant AL zyn zinnen WORT benomen*, qualia Pindaricis illis,
de

de quibus supra, simillima sunt. Aemen harum observationum claudat admonitio Lamberti Ten Kate quam Tom. I. pag. 396. de L. B. insertam sic interpretamur. "Quum de summa, pondere, aut mensura sermo est, possumus ea vel divisim capere; vel conjunctim. Quod si mensurae divisim sint considerandae, tum dicimus *daar zyn twee lasten tarwe*, quaque mensura separatim polita; sin in unum sint congestae, verbo singulari efferimus h. m. *daar is twee last tarwe*. Similiter dicimus, *daar is hondert gulden*, neque unquam *daar zyn hondert guldens*, si cui eam summam alia monetae specie quam meris florenis persolvimus, quin etiam si e meris florenis haec summa constaret, tamen si ad solam summam non ad ipsam florenorum monetam respiciamus, dicendum erit *daar is hondert gulden*; sin ad florenorum merorum numerum attendamus, dicimus; *daar zyn hondert [enkele] guldens*. Quam eximium sane discrimen! Nullam ego linguam novi, quae id imitari possit." Sic olim reprehensum me memini ab amico familiari; quod nobis Rotterodami ad Mosam ambulanti, inter varios sermones (ut fieri solet) dixissem, *men zou niet zeggen dat de Boontjes zoo lang waren*; nam quum de uno vico loquerer, rectius me dicturum fuisse edocuit: *dat de Boontjes zoo lang was*. Sed vereor ne & Lectorem sermonis longioris nostraeque prolixitatis taceat. Quare manum tollo de tabula.

III.

I I I.

Pergimus ad **CASUS** Verborum, quorum agmen ducet verbum substantivum cum genitivo constructum; id quod H. Stephani verbis, sed addita interpretatione Belgica, docēbimus ex I. Tom. Thef. Gr. p. 1130. "Aliquando vero
 „ *εἶναι* cum genitivo reddi ad verbum non pot-
 „ est: ut *εἶναι ἐαυτοῦ* [*zyns zelven zyn. Ik*
 „ *ben myns zelven niit.*] sui juris esse, vel Men-
 „ tis suae potestatem habere, Bud. ex Basil. . .
 „ Interdum vero inter hoc verbum &
 „ genitivum subauditur *εἶς*, ut Aristoph. *εἰ γὰρ*
 „ *τῶν Φιλῶν* [*gy bent van de vrinden*], es enim
 „ amicorum, subaudi unus: vel, es de numero
 „ amicorum. Idem, *εἰμι τῶν κρητῶν* [*sic nos:*
 „ *hy is van de kragtsten niit*]. Gallice eodem
 „ modo loquimur, *Tu es des amis*, *Tu es des*
 „ *bons*. Sic & Gregorius, *κατὰ τῶν ἐπαίδευστων*
 „ *εἰμι τοῦ νομοῦ*. [Imitatus Horatius III. Od. 13.
 „ *sies nobilium tu quoque fontium*: adde pag. 343.
 „ (XVII.)].” At vero quō dicunt Graeci
 „ modo *εἰμι τῆς πόλεως τῆς δε*, (quō utitur Pla-
 „ ro) eodem Galli *je suis de ceste ville* [*Ik ben*
 „ *van dezelve stat*]. nobis enim *de* [*van*] geni-
 „ tivi est nota. Item, ut *τοῦ γένους εἰμι* a Xe-
 „ nophonte dicitur pro Agnatus sum, ita Galli
 „ *je suis de la parenté* [*ik ben van de maag-*
 „ *schap*]. (Budaets autem hoc loquendi genus
 „ figuratum esse vult pag. 84, sicut & illud *εἰ*

„ *ναι εαυτη.*) Denique, ut legimus ap. Lucian.
 „ *ποσου εστι τουτο,* (quo utuntur & alii) pro
 „ Quanti pretii est, vel Quanti aestimatur, sic
 „ Galli *De combien est il?* [*van hoeveel is deze*
 „ *soort?*] cum *de* genitivi nota, uti dixi.” Alia
 Cap. II. § VIII. praecepimus.

IIII.

Haec excipiat ejusdem Stephani Observ. I.
 Cap. I. de Conven. L. Gr. & G. ” Nos dicimus
 „ *manger du pain, manger le pain* & absolute in-
 „ terdum *manger pain*. Graeci idem discrimen
 „ observant, dicentes *φαγειν του αρτου, τον αρ-*
 „ *τον και αρτον*, Latinis uno modo omnia effe-
 „ rentibus per *Comedere panem*. Non aliter dif-
 „ ferunt nostrae phrasae *Il lui a derobé son argent,*
 „ **ET** *Il lui a derobé de son argent*, quam Grae-
 „ cae *εκλεψε τα χρηματα αυτου, & εκλεψε των*
 „ *χρηματων αυτου*. Thucyd. *και διελων του πα-*
 „ *λαιου τειχους, & ayant retranché de la vieille*
 „ *muraille.* ” Etc. Neque in his Gallicus ser-
 „ mo nostrum praecellit, namque diverso signifi-
 „ catu dicimus: *broot eten* velci pane, *het broot*
 „ *eten* panem comedere, *van het broot eten* panis
 „ illius edere; sic enim ante me locutus CATO
 „ de R. R. c. 156. ” quod volet, **CIBI** postea
 „ edit (antique pro *edat*); sed si poterit solam
 „ brassicam esse, edit: & si sine febre erit, dato
 „ **VINI ATRI DURI, AQUAE** tum
 „ bibat

„ bibat quam minimum: si febris erit, aquam.”
 Huc fere pertinent quae de usu articulorum egregie differit, ut omnia, L. Ten Kate T. I. pag. 334. sqq. Nos solius genitivi exempla profere-
 mus. Anacr. Od. XXI. Δοτε μοι, δοτ' ω γυναικες
 Βρομιου πειν αμωστι *geeft my helder van dijn
 wyn te drinken*, & paulo post: Δοτε δ' ανθεων
 εκεινων *en geeft my van di bloemen*. Genes. III: 4.
 η, Αβελ ηνεγκε και αυτος απο των πρωτοτοκων των
 προσβατων αυτου, και απο των στεατων αυτων. *En
 Abel di bracht ook van de eerstgeborene zyner
 schapen, en van hun vet*. It. XXX: 14. Δος μοι
 των μανδραγορων του υιου σου. *geef my toch van
 uwes zoons 'Dudaïm*. Lucian. in Nigr. pag. m.
 24, 25. οιον περ και οι Ινδοι προς τον οινον λεγονται
 παθειν, οτε πρωτον επιον αυτα. *als men zegt dat
 de Indianen overkwam ontrent den wyn, toen zy
 'er voor de eerstemaal van dronken*. Syracid.
 XXXV: 3. και εδειξεν αυτω της δοξης αυτου.
 Jesa. II: 3. *opdat hy ons leere van zyne wegen*.
 Genes. XVIII: 2. *ende gy zult gaan uwes weegs*.
 Omnia haec ελλειπτικως dici, facili negotio osten-
 dere possemus; sed est res alieni fori, quam tra-
 ctarunt L. Bos, Perizon. ad Aelian. & Kusterus
 ad Arist. Nubes, vf. 754.

V.

Praeterea quis nescit, quam luxurient Graeci
 in constructione verborum quorumlibet cum ge-

αιτιον? quorum namq. numerum inire poterit. Quod autem supra de adjectivis monuimus pag. 328-9, idem hic monitum volumus: injuste videlicet huiusmodi constructionem a Grammaticis quibusdam juberi exulare a sermone Belgico, uti non paucis probatorum scriptorum locis evincemus, quibus Teutisca quaedam miscebimus. Nempe genitivum recipiunt (i.) Verba memoriae aut oblivionis. Homer. τὰ δ' ἔκ' ἐπιλήσονται. *Ik zal zynen niet vergeten.* Verl. Belg. Jobi c. XXIII: 20. *de haarmoeder vergeet zynen zyns wort niet meer gedacht,* Deuter. VI: 12. & VIII: 11. προσεχε σεαυτῶ μη ἐπιλάβῃς κληρίου τοῦ Θεοῦ σου. *Wacht u dat gy des H E E R E N niet vergetet.* Demosth. τῶν ἑμοί πεπεσχυμένων οὐχί μεμνητά. Francius in Orat. Nazianz. p. 29. *op dat zy ons onzer zwakheit zauden duen gedenken.* Huidecooper ad Vond. p. 87. *dat men zyns naams , gedenke.* (ii.) Quae curam designant. Demosth. Εὐθες τὰ οικία αὐτῶν προσεμεθεῖς, τῶν ἀλλοτριῶν φασκεῖν κησόθαι, Teut. *Es ist verrisch zu sagen, man sergo voor anderer leute sachen, wenn man sich seiner eigenen nicht annimt.* Isocr. πάντων ἐπιμελοῦ τῶν περὶ τοῦ βίου. Sic Teutones, *dessen bin ich gar nicht bekummert.* Sed videamus Belgica: Hoofdus in Aulul. *Ik wacht my des wel.* in Dedic. Hist. Belg. *dat ik 's my weinig kreune.* Francius in praef. p. 19. *en zich nimant des aantrekt.* Hoogstr. Praefat. ad Notas Quidani in Pelsii Art. Poët. *als synde*
300

200 ver gekomen, dat de nyt, di nitt dan groote
 voorwerpen zoekt, zich zyns bemogit. Adde
 majorum nostrorum locutionem: *zich beiden veel
 spreken*. (III.) Verba accusandi &c. Demosth.
 pro Ctes. *εγω γαρ Αισχινην εδενος αιτιωμαι των
 εν πολεμω πραχθετων*. Sic Alam, *Iemanden eines
 diebstahls, einer lügen beschuldigen*. Vide Schot-
 telium p. 791. (IIII.) Parcendi & miserendi.
 Demosth. *παιδων φειδισθαι πατερικος νομος* Ein vater-
 ter pflegt seines kints zu schonen. Deut. XIII: 8.
oak zal uw oog zynen nitt verschoonen. Matth.
 XX: 30, 31. *Heere, gy zene Davids, ontferm
 u onzer*. Sic Marth. XVIII: 27. *σπλαγχνισθεις
 δε ο κυριος τω δεσλ ελεηνα* malim genitivum referre
 ad particip. *σπλαγχνισθεις* quam ad το κυριου,
 quod nostri aliique interpretes fecerunt. Vulgata
 recte ambiguitatem secuta, reddidit: *Misertus
 autem dominus servi illius*. Italica versio Joh.
 Deodati habet: *E'l signor di quel servidano, messo
 da compassione*, minus bene quam vetustior alia
 A. 1596. *Onde il signore havendo compassion: di
 quel servitare*. Mecum etiam interpretatus est
 Hispanice Sebast. de la Enzina: *El señor movido
 a misericordia de aquel siervo*. quam expositio-
 nem Luthero quoque video placuisse: *Da jam-
 merle den Herren desselbigen knechts*. (V.) inci-
 piendi & desinendi: Theocr. Thyri. *Αρχετα βα-
 ρυκοιικας, μωστη φιλαι, αρχετ' αοιδας*. & post:
Αρχετε βαρυκοικας μωστη, ιτε, αρχετ' αοιδας.
 (Quod Horatius imitari est ausus, II, Od. 9.

¶. 17. *Desine mollium Tandem querelarum* : sed Virgilius id evitasse videtur; qui sic Ecl. VIII. *Incipe Maenalius mecum, mea tibia, versus.* Et, *Desine Maenalius, jam desine, tibia, versus.*) Sic Theotisci: *des rufens nicht muede werden, & Belgarum proavi: zy begonnen strydens; zy rusten nimmermeer roepens.* Huc pertinent loca Francii in Orat. Naz. p. 43. *zullen wy ons onzer ongevoeligheit niit ontslaan*: in Dedicat. *zich diir moeite niit te willen ontslaan.* Hoofdii in V. H. M. p. 8. *zy vertroude dat zy nimmermeer der goede zake bezwyken zouden.* (VI.) quae pudorem & poenitentiam notant. Hebr. XI: 16. *Daarom schaamt zich God hunner niit.* Huidec. pag. 186. *zoo zal ik my dezer moeite nooit beklagen.* p. 260. ad ¶. Vondelii, *Wy hoeven zeker ons diin schoonzoon niit te schamen*, sic commentatur: "A. Hoogvlietius in ead. fab. p. 147. *wy hoeven ons des schoonzoons niit te schamen*: quae mihi locutio, ut dicam quod sentio, magis adridet. Sic ibid. VI. L. p. 196. cum genitivo iterum construxit verbum *schamen*: *Gy zelf, Apol, had u diir zuster niit geschaamt.*" (VII) Verba monendi, rogandi &c. Thucyd. *ἐπιτιμίας δεόμενος*. Oudanus in notis ad Pelsii Art. Poët. p. 55. *Uw E. di my des verzocht heeft.* Hoogstr. in versione ligata Phaedri, pag. 162. *toen hy des gevraagd wert*: sic & dicere possumus: *zoo ik des vermaant was.* (VIII.) Verba sensuum, desiderii, & alia. Aristoph. *αἰσθανομαι*
 ψοφθ

ψοφθ. Gall. *ſentens du bruit*. Demosth. προσ-
 ηκει προθυμως εθελειν ακουειν των βουλομενων συμ-
 βουλευειν. Aristoph. ου γαρ τουτων επιθυμω. ik
begeer uwer gaven niit. Herodian. III. L. μητε
 της αλληλων φωνης συνιεισιν. Lucian. επειδη τα-
 χιστα συνηκε του κρειττονος. Hoofdius in H. Med.
dat hem des althans niit lustte. Id. in Judic. Pa-
 ridis: *en di zich des verstaat*, it. sub fin. *behal-*
ven dat ik my der wyze niit versta. Hoogstr. ut
 supra p. 99. *zonder des gewaar te worden*. Lu-
 ther. in versione Epist. ad Galat. V: 5. *Wir aber*
warten im Geist durch den glauben der gerechtig-
heit, der man hoffen musz. Nostri in pro-
 phetia Amosi c. V. 23. *ook mach ik uwer lusten-*
spel niit hooren. Lutherus, *dan ich mag deines*
psalterspiels nicht hoeren. (VIII.) *fruenti, par-*
ticipandi & privandi. Lucian. αθανασιας μετει-
 ληθας. *gy zyt der onsterflykheit deelachtig gewor-*
den. Job. 39: 20. *God heeft haar des verstants*
niit medogedeelt. Isocr. απολαυε μεν των παρον-
 των αγαθων, ως θνητῶ. Teutisce, *geniese der*
zeitlichen gueter als ein sterblicher: Demosth. οκ
 ασφαλές επιλαμβανεισθαι μεγαλης εξουσιας. Teut.
Es ist gefährlich sich grosser herrschaft an zu
masen. Isocr. ὁ πολεμῶ ἀπαντων αγαθων η̄μας
 απεστερηκε. T. *der krieg hat uns aller gueter be-*
raubt. Luther. I Corinth. XIII: 1. *und haette*
der liebe nicht. Belgae Genes. 33: 9. *ik hebbe 's*
veel. Exod. XV: 9. *myne ziele zal haarder ver-*
vult worden. Sed observationes a nobis scribi,
 non

non iustam Grammaticen, (qualem confecit Schottelius, qui pag. 751. hac opera rite definitus est) pacne oblitus eramus.

VI.

Nomina certam temporis horam significantia Belgae cum Graecis in genitivis ponere amant, quod vix probatione eget. Lucian, κοιμησομαι της νυκτος, 's nachts wil ik slapen. Argura. in Theocr. Eid. VI. Δαμοντας και Δαφνις θερους ουτας, μεσημεριας εις εν τα θεσηματα συνελθουσι. *Damentas en Dafnis dryven in den zomer 's middaags hante hadden by een.* Ipse Theocr. vf. 4. 'Εσθόμενοι θερους μεσω αματι. *zittende des zomers midden op den dach.* Vides hic simul dativum pro genitivo, intellecta praepos. εν, quam addidit (intermixto usu genitivi) Eid. XI. vf. 36, 37. & 48. Τυρος δ' ε λειπει μ' ετ' εν θερει, ουτ' εν σκωρη, Ου χειμωνος ακρω . . . Αλλα τα μεν θερους, τα δε γινεται εν χειμωνι. *Ik ben alzoos van kaas voozzijn, zoo in den zomer, als in den herfst, ja ook 's winters.*

VII.

Verbum ειμι cum suo dativo vim verbi εχειν habet, quae constructio non Latinis modo sed et nostris (qui nomini interdum praepositionem addunt) in usu est. Paraph. XXVIII. 6. καγω εσομαι

εσομαι αυτω εις πατερα en ik zal hem tot eenen
 Vader zyn. (Cap. sq. 25. en hy gaf aan hem een
 Koninklike majesteit, zoodanige aan geenen Ko-
 ning van Israël voor hem geweest is.) Act. Apost.
 XXII: 15. οτι εση μαγιστρος αυτω want gy zult
 hem getuige zyn. Huidecoper p. 498. doch we-
 kerer getuigen is my de oude dichter Ennius. Ad-
 de S. Johan. II: 4. Paul. ad Ephes. VI: 12.
 Deuter. XXII: 5. Hoogstr. in Phaodr. V. f. 4.
 dees fabel, lang bekend in oude tyden, heeft my
 gewaam, daar zorg aan is, doen myden, pro, dat
 zorg in heeft. Idem in Biographia Antonidae:
 in de ziekte di hem de laatste geweest is. Pro da-
 tivo aliquando est genitivus, qui non ad verbum
 εμι, sed ad nomen praecedens aut subauditum
 est referendus: ita ap. Lucam XII: 20. pro α δε
 ιτοιμαστας, τιμ εσται; quidam codices habent
 τινος εσται, quod nostri vertunt, en 't gene gy
 bereidt hebt, wiins zal het zyn? respice sis ad
 C. III. § I. Sic Ovid. II. de Ponto El. 2. vl. 17.
 Exiguam ne me praedam sinat esse Getarum.
 Theocr. Eid. III: 15. Τηρας μεν δη τοι τας πορ-
 τιος αυτα λελειπται τ' ωστεα. Etc. Huc facit
 Servius ad Virg. Georg. I: 3.

V I I I.

Continuum temporis spatium casu quarto ef-
 fertur. Demosth. οι χειροι παροβεις δυτοι καθηντο
 εν Μακεδονια τρεις ολους μηνας deze schone ge-
 Y y Zan-

zanten bleven dri beele maanden in Makedonie
 zitten. Psalm. XXXVIII: 6. ὅλην τὴν ἡμέραν
 σκυθρωπαῶν ἐπορευομένη. Ik ga den ganschen dach
 in 't zwart. vñ. 12. καὶ δολιοτήτας ὅλην τὴν ἡμέ-
 ραν ἐμελετήσαν. En zy overdenken den ganschen
 dach listen: Similia invenies Psalm. 37, 26. 42, 4.
 44, 9. 16. 23. &c. Matth. XX: 2. συμβῶνθησας
 δὲ μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ θηναίων τὴν ἡμέραν, quod
 verterunt nostri: en als hy met de arbeiders eens
 geworden was voor eenen penning des daags, ubi
 genitivum vides; sed & hic praecunt nobis Graeci.
 Aristoph. Pluto: πολλοῦ γὰρ αὐτοὺς οὐχ ἔω-
 ρακα χρόνῳ. Lucian. πεντε ὁλῶν ἐτεῶν λαλεῖν μη-
 δέν, quae Belgice vertam cum praepositione: ik
 heb hen in langen tyt niit gezien. (In) beele vyf
 jaren niits spreken. etiam sic Graeci παμπλείσις
 ἐν ἐτεσίῳ. Luc. Evang. V: 5. δι' ὅλης τῆς νυκτὸς
 den ganschen nacht door vel over. Sicuti autem
 hic genitivum habuimus pro accusativo, ita vi-
 cissim (quod §. VI. addendum erat) pro genit.
 usurpari accusativum, monuit Munkerus ad An-
 ton. Liberal. c. V. Videtis quoque Pierium ad
 Ecl. I. vñ. 80.

V I I I I.

Neutra interdum verba more Activorum quar-
 tum casum adsciscere praeter Grammaticos obser-
 varunt ὁ πανν in Jovē Fulgeratore p. 29. Noster
 Lectr. Lucian. p. 338. Scholiastes & Carolus Girar-

Girardus ad Aristoph. Pl. 517. Cl. Bos in Prolegom. ad Versionem των Ο Cap. III. § 1. quam hac in re contra If. Vossium, profanorum scriptorum auctoritate defendit. Nostreae jam sunt partes, ostendere quam similiter loquantur Belgae. Herod. in vita Hom. των δε κυνων μη εσθιοντων και υλακτωντων αυτον. *toen de honden niet aten, maar hem aanblaften.* Homer. Odyss. 4. αμφοροσσην ηδου μαλα πνεουσαν. Iliad. A. 142. ανδρας επ' αυταις εβησε. Basil. βοων της νομης. (de Lat. *latrare, clamare* & similibus agit Vechnerus p. 45.) Hoofdius in H. B. p. 766. *daarop schreeuden de soldaten een lange jou van de vesten.* Oppian. I. Κυνηγ. 341. ιππον γαμηλια χρεμεθοντα. Genes. XXXXVIII: 10. και ηγλισεν αυτης προς αυτον. Sic nos *naderen*, quod idem significat *yidel. adpropinquo*, etiam active usurpamus: *eene plaats, stat, eilant naderen* accedere, adgredi, adpetere urbem. Anacr. Od. LXIII. Μανιην μακεις αριστην. Numer. XXV: 11. εν τω ζηλωσαι μετ του ζηλον εν αυτοις *dewyl hy mynen yver geyvert heeft in het midden derzelver.* Genes. XXXVII: 5. ενυπνιασθεις δε Ιωσηφ ενυπνιον οοκ δροομδε Ιωσηφ *eenen droom.* Vondel. Metam. VIII: 66. *Wat droomen wy een' droom, di eene maagt beschaamt!* II: 208. *Zy gaan eensgangs hun' gang.* VIII: 308. *en wil verbaast zyne onschult spreken.* Theocr. Eid. V: 23. *Υς ποτ' Αθηναιων εριν ηβησε.* It. VIII: 30. *Μηκετ' επι γλωσσας αχρας ολοφυδονα Φυσης.* *Wacht u dat gy geenε*

*blaren meer op uw tong blaast. Genes. II: 17.
zult gy den doot sterven.*

X.

Verba cum praepositione composita, ut Graecis sic Belgis casum ejus praepositionis fere adhaerescunt. Herodot. *κλιο τριζ γαρ στεζα επανθουλοτο την Σαρδιων ελωσιν.* Homer. *Iliad. N. θρασον Έκτορα ειπε παρωστας,* qualia ab Joach. Camerario inter Jonismos referuntur ad Herod. pag. m. 719. sed communis mihi videtur linguae idiotismus, nam sic Lucian. T. I. p. 181. *πολυ αυτων αποσπασας το πυρ,* & pag. 182. *και ως ει βραχυ τις εκβαιη της οδου.* Matth. XVII: 14. *προσληθον αυτω ανθρωπος* quod verbum in N. T. sexcenties sic constructum invenitur. Anton. Liberal. c. 24. *Δημητηρ οτε πλαηητις επηει γην απασαν,* Vondel *Metam. I: 369. Does overzeilde 't graan.* VIII: 654. *met kracht den stroom wert opgedreven.* Antonid. *Yad. I. pag. 3. de bolden van uw' ruch den aarklaot omgedragen.* III. p. 69. *En (wert) met een listyk sup bet voorhoofst overstroken.* De singulari praepositionis *aan* vi in compositis agit Spectat. *Huidecoper p. 546. quem vide.*

XI.

Nominibus regionum, urbium & locorum, si cum verbis construantur, Graeci praepositionem addunt

addunt aequè ac Belgæ. Herodian. διετρεψεν
 ελιγον χρονον εν Ρωμη. *hy bleef een korten tyt te
 Romen, of in Rome.* Thucyd. ηλθον και αυτοι εις
 Αθηναις και κωαμεν τ' Αθηνας, *of naar Athene.*
 Matth. II: 12. δι' αλλης οδου ανεχωρησων εις την
 χωραν αυτων. και υετροκκεν door een' anderen
 wech weder naar hun lant. Homer. Odyss. XV:
 42. και εκ Πυλου ειληλυθα. *en van Pylos zyt
 weergekomen.* Sed otio meo abuterer, si pluri-
 bus rem notissimam persequer.

CAPUT QUINTUM

*de ipsorum Verborum accidentibus, quod ad
 modos, tempora & figuras.*

I.

PRincipem adsignabimus locum observationi
 Stephani qui p. 51. de Conven. L. Gr. &
 G. ait: "Graecos imitamur quum dicimus *De-*
 „ *meurons nous icy?* pro *demeurerons.* *Soupons*
 „ *nous demain chez nous?* pro *souperons.* Lu-
 „ *cian. Asin. [p. 137. B.] τι παιδουμεν, εση τις*
 „ *αυτων, την δραστην, pro ποησομεν [Wat doen*
 „ *we, vragde een nit den hoep, met deze verloope*
 „ *moit?]* " In Toxar. και τιθεμεν και τουτου εν ταις
 „ *τελειαις ψηφοις, μιαν των πεντε ειναι, pro δη-*
 „ *σομεν. [pag. 70. C. of rekenen wy dezen man*
 „ *ook onder dat volmaakte vyftal?]* " Xenoph. V.

„ Παιδ. p. 72. [Ed. Bas. p. 83, 40.] και ανδρ^ς
 „ δ' εφη, τη θυγατρι, μη φοβει, ως απορησεις αξιει
 „ ταυτης. πολλοι γαρ και αγαθοι φιλοι εισιν εμοι,
 „ ων οστις γαμει αυτην, ει μεντοι χρηματα εξει
 „ τοςαυτα, οσα διδως, [η και αλλα πολλαπλασια
 τωτων, ουκ αν εχομι ειπειν. q. l. minus recte a
 Philelfpho versum, sic emendamus: Noli autem,
 inquit, vereri ut tibi vir hac filia dignus inve-
 niatur; multi enim & summi amici mihi sunt,
 quorum *quisnam* eam ducturus sit, dummodo
 tantas habeat opes, quantas ipse das, aut etiam
 his multo majores, non satis possum dicere.]
 „ *Quand vous mariez vous?* [wanneer trout gy?]
 Hisce Stephanicis nostra subjungemus ut simul
 adpareat, quam vere pag. 157-8 dixerimus, fu-
 tura secunda proprie esse praesentis temporis ver-
 ba, quum futura prima tempus remotius respi-
 ciant. Moschus Epit. Bionis vs. 52. Τις ποτι σε
 συριγλι μελισδεται ω τριποθατε; sed quovis pigno-
 re contenderem, μελισσεται relictum fuisse a Mo-
 scho, nam & sequitur confestim, Τις δ' επι σοις
 καλαμοις θασει στομα; Ceterum vs. 56. melius
 quadrat praesens quam isthic pro futuro: Πανι
 φερω το μελισμα. Sic apud Aristoph. τι δρω; τι
 δρωμεν; plus semel occurrit, pro τι δρασω; τι
 δρασομεν; apud Terent. *quid ago? quid agimus?*
 quomodo nos: *wat doe ik nu? wat doen we?* Id.
 Terent. Heaut. III: 3. ult. *effero*, pro *efferam*.
 Homer. Iliad. I: 388. Κουρην δ' ου γαμειω Αγα-
 μεμνονος Ατρεϊδαο. *Maar met Agamemmons doch-*
ter

ter trou ik nooit. Xenoph. p. m. 643, 34. *νυν δε τινος ενεκα και καλει με τις*; pro καλεσει. Similia his Pfochenium notasse video in Diatr. de N. T. puritate §. XXXI. Vondel Metam. VII: 84.

Hy zal in Grieken u inhalen, als zyn bruis.

De moeders, nu de zoons gebergt zyn, loopen uit,

En alle steen, di u op bare handen dragen.

I I.

Ibidem observat Stephanus, Gallorum historicos non minus quam Graecorum praesens pro praeterito usurpare; quam ego observationem non tanti puto, ut idem nobis Belgis in usu esse, ostendere velim, siquidem nulla non lingua hanc temporum enallagen novit, quae proinde pro Hellenismo haberi non debet. Potiora sunt, quae pag. 57. h. in m. differit: " *C'est un dan- gereux vilain: si on le fache, il a aussitôt don- né un coup de dague. Si j'oy seulement le bruit d'une souris, je suis incontinent éveillé. Si je fais le moindre excès du monde, me voilà in- continent tombé en maladie.* Hi dicendi modi Graecismum sapiunt, qui sic aoristis utuntur. Homer. Iliad. A. [218.] *ὡς κε θεοις επιπειθη- ται, μαλα τ' ειλυον αυτου.* *Quiconque obeit aux dieux, ils l'ont aussitôt exaucé.* [Di de Goden gehoorzaamt, is terstont verhoort.] Iliad. Δ. [452-455.] " *ὡς δ' ὅτε χειμαρροι ποταμοι κατ'*

„ κατ' ορεσφι ρεοντες &c. Των δε τε τηλασε δευ
 „ πον εν ουρεσων εκλιε ποιμην. Le paster qui est
 „ bien loin, en a insouvenant oui le son. [Gelyk het
 „ gedraisth der snelvlissende beken, wanneer zee van
 „ de bergen komen neerstorten, terstont door een her-
 „ der van verre gehoort is.] ” Hoc praeteritum
 „ ergo pro praesenti ponitur, uti Lucian. in To-
 „ nar: [p. m. 93. E.] επειδαν αδικησεις τις περ
 „ ετερου, αμυνασθαι βουλομεν, ιδη κατ' εαυ-
 „ τον, ουκ αξιομαχων. βουν ιερευσας, τα μεν
 „ κρεα κατακοψας, ηψησεν &c. In Prometheo,
 „ [pag. m. III. A.] ” αλλα συγγνωμην απονεμουσιν
 „ αυτοις ει δε και πανν οργισθειεν, η κωνδυλους
 „ ενστρεψαν, η και κατα κορρης επαταξαν. ” Nos
 „ addimus ex Lucian. T. I. 144. A. de Cupidine,
 „ ο δε εκ οιδ' οπως το παρακωτικα δεδιως και ικετατων,
 „ μετ' ολιγον επιλελησται απαντων. by is terstont
 „ alles vergeten, vel terstont is hem alles vergeten,
 „ hoe zeer by anders vreeft. Iliad. Δ. 275-9. ως
 „ δ' οτ' απο σκοπιης ειδεν νεφελαι αιπολ' αυτη . . .
 „ Ριγησεν τε ιδων, υπο τε σπερ ηλασε μηλα. Dav.
 „ Hoogstr. Phaedr. III. fab. VI.

Gy weet niet, in wat noot uw jongen zyn :

Draag goede zorg, of zy zyn omgekomen.

i. e. of zy komen om, aut rufus pro futuro af zy
 zullen omkomen, ut ap. Terent. Ad. III: 5, 12.

si deseris tu, perimus, pro perimus vel peribimus.

III.

III.

Quanto usus Subjunctivi Modi Latinis est frequentior, tanto minus eo utimur in sermone Graeco ac Belgico. Hujus exempla suppeditabit de lingua patria meritissimus A. Monenius p. m. 280-3. Qui Graeca volet, adeat Grefserum in Syntaxi, Budaeum in Comm. Gr. sed imprimis Jensii Viri Litteratiff. Lect. ap. 27. ad 35. ubi & σφάλματα Virorum cetera doctissimorum notat, qui non satis ad hunc Hellenismum attendentes, Graeca vel depravarunt vel perperam interpretati sunt. Non possumus tamen non duobus aut tribus exemplis indicativi usum in linguis nostris ostendere: Theocrit. Eid. B. 84. εὐδ' ὡς παλιν οἰκιδ' ἀκηθὸν Ἐγγῶν. *maar hoe ik weer t'huis ben gekomen, weet ik niet.* neque quomodo domum *redierim*, scio. Demosth. χερῶν δὲ σίτοπομπείαν ὅπως κομισθῆσεται, προῖδεσθαι oportebat providere, quomodo frumentum *conveheretur*. Lucian. de Sacrif. p. 353. εἰ γέ μῃ οἱ Λημνιοὶ αὐτὸν ὑπέδεξαντο, ἐτεθνήκει αὐτῷ ἡμῖν δ' Ἡφαιστος. *want hadden hem di van Lemnos niet opgevangen, Vulkan was zekerlyk lang doot.* Stephan. Obs. V. p. 53. "ὡς δὲ αὐτὸς ἀπεθνήσκειν, „ ἐπεστῆ ὁ φίλος αὐτοῦ [*maar toen hy storf, kwam'er zyn vrint by.*] " *Comme il mourroit, sur- „ vint un sien ami.* Latine dicendum est, non „ *Quum moriebatur*, sed *Quum moreretur*." Consule tamen Hellenol. Vechneri L. I. c. 36.

III.

Imperativi loco Graeci non raro habent Infinitivum, praecipue scriptores Ethici, ut sunt Hesiodus, Theognis, Phocylides, alii. Similiter nos loqui, sequentia declarabunt: Hesiod. εργ. 366. Αρχόμενου δὲ πίθου, καὶ ληγοντος κορδεσσάσαι, Μεσσοθι Φειδέσθαι. adde vs. 369. 389. 390. Sic nos: dat mit te doen. daar hiit. heen te gaan. zou gultzig niit te drinken. Phocyl. Μέτρῳ μὲν Φαγεῖν, Πιεῖν καὶ μυθολογεῖν. de maat te houden in het eten, drinken en s'teeken. Theogn. vs. 113.

Μη ποτε τον κακον ανδρα φιλον ποιεισθαι εταειρον,

Αλλ' αιει Φευγειν, ως τε κακον λιμενα.

Nouit vriendschap te maken met een' goddeloözen,
maar hem te vlieden, als een kwade haven.

adde vs. 159. 334. 399. 401. &c. Homer. Iliad. I; 256. ΣΥ δε μεγαλητρα, θυμον Ισχειν εν στηθεσσι. Φιλοφροσυνη γαρ αμεινων, Αηγεμεναι δ' εριδ' ὀκακομηχανου, ubi post nominat. συ intelligendum videtur μεμνησε. Item in Luciano T. I. p. 881. μη συ γ' επ' Αρμενιους ελααν στρατον. Cl. Bos in Ellipsi Verborum vel δελε vel dei sive χη, & omnium commodissime κελευω subaudiri putat. Gretserus προσηκει quoque addit. Aliud tamen verbum, aliquando suppleri posse, haec aurea Pythagorae dicta demonstrant:

Μηδ'

Μηδ' αλογίως σαυτον εχειν περι μηδεν ΕΘΙΖΕ.
 Χρηματα δ' αλλοτε μεν κτασθαι ΦΙΛΕΙ, αλλοτ'
 ολεσθαι
 Ιασθαι δε ΠΡΕΠΕΙ, καθοσον δυνα

Italos eandem constructionem amare, docuerat me VENERONI Synt. Ital. p. 162. his exemplis: "*ne fais pas vela*, non fare questo. *Ne dis rien*, non dire niente. *Ne t'arreste pas*, non ti fermare". Postea in N. T. Deodati familia loca notavi, ut Matth. III: 7. "Non tentare il Signore Iddio tuo". In Apost. Act. XVIII: 9. "Non temere: ma parla, e non tacerè". Ut aliud ex alio incidit! Videntur Itali non nisi cum particula negandi infinitivum construere, quod ex postremo loco clarius adparet: at idem in Graecis voluerat Scholiastes ad Lucianum, quem refellit Lamb. Bos.

V.

Indefinitus modus post verba narrandi, audiendi, videndi, rogandi, iubendi, monendi, aestimandi, quaeque sensum, eventum aut simile quid significant, Graecis per *ετι*, *ως* vel *ινα*, Belgis per *dat* vel *hoe*, subsequente pro Infin. Indicat. aut Subjunctivo, exponendus est. Aristot. VIII. Ethic. *ουδε γαρ βασιλευσιν αξιουσιν ειναι Φιλοι ο πολυ καταδεεσσοτεροι* *zelfs hegeren de alternootdruyftigste niet*, *der Koningen vrienden te*
 Z z 2 syn.

